Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Franz Stypmann

V. Cl. D. Francisci Stypmanni. Discursus Politicus de Sincerationibus

Francofurti: Lipsiae: Rostochii: Wolffius: Kilius, 1672

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn727099752


Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn727099752/phys_0002
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn727099752/phys_0003
DFG



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn727099752/phys_0005
DFG



V. CL.
D. FRANCISCI STYPMANNI.

DISCURSUS POLITICUS de SINCERATIONIBUS

Editus iterum atque illustratus
à
JOH. GEORG. BURGMAN.

Accessit Ejusdem
PRINCEPS PATIENS.

FRANCOFURTI ET LIPSIÆ,
Sumptibus CHRISTIAN. WOLFFII.
Bibliopol.

ROSTOCHII,
Typis JOHANNIS KILII, Universit. Typogr.
Anno M. D. C. LXXII.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn727099752/phys_0007
DFG

GENEROSO ET MAGNIFICO

DN.

FRANCISCO

JOELN de örnstät

S. Reg. Maj. Suet. Status Consiliique SECRETARIO.

Familiæ in *decus*, Sibi in *Æternitatem* nato,

Ad Status Regni Suetici incrementum juxta ac SERENISSIMI sui gloriam referenti omnia,



Una cum foliis hisce se suaque studia *dedicat, commendat,*

Illustri Nomini Ejus

æternùm devotus

JOHAN. GEORG. Burgman.

Lectori Benevolo

JOH. GEORG BURGMAN.

Salut. Pl. Pr,

OFero Tibi Lector Amice, Discursum Politicum de Sinceratione bus. *ejus nimirum, cujus immaturam urnam ut literatus Orbis deflet, ita excellentis atq; exuberantis Ingenii monumenta exosculatur. In quibus pariter, ac superstite etiamnum Filio unico, Optimus ille VIR post fata superesse exoptavit. Et sanè quod opem ipsius attinet (quorum uti postremum ita cultissimum est, quod de* Jure Maritimo & Nautico, *concinnavit) Virum singularem, & longiore lucis usura dignissimum arguunt. Ex iis autem quæ Vir CL. olim in circo Disputationum agonistico publicè ventilanda exhibuit, præsens Disser-*

tatio quantumvis mole nulla (verborum sc. non rerum) turgens haud minimam tamen ipsi laudem peperit, & apud illos, qui aliàs nisi vastum nihil æstimare, Doctorum &. Umbraticorum vel & in Academiis præsertim sylvescentibus versantium scriptaPolitica ut plurimùm fastidire solent. Quo nec inposterum adplausu (confidimus) hic Discursus apud prudentes æstimatores unquam carebit. Ast ego saltem Lector Amice pariter ac Erudite, rogatum Te percupio, ut qualemcunque in illustranda hac Dissertatione operam meam benevolè interpretari tum etiam humana passo errantiquè mihi viam comiter monstrare velis. Quis enim lynceus ut omnia cernat? aut quis unquam Ingenii flammulam sine fumo accendit? Vos Psylli & venena exsugere nati abite, contemnere animus. Quid enim si lacesserem præmi? erumpit virus & sive vincerem sive vincerer, tamen ego maculare. Candidè ergo docete omnes Amicum

monitum meliora sequentem.

DISCUR-

DISCURSUS POLITICUS de SINCERATIONIBUS.

Prologus.

QUod Saluſtius *in conjunct. Catilin.* graphicè de ſuo hoc nos juſtiori indignatione de noſtro ævo profari poſſumus? Jampridem rerum propria vocabula amiſimus, aliena largiri liberalitas, malarum rerum audacia fortitudo vocatur, ideò Reſp. in extremo ſita eſt. Quippe nullum tam effrenum ſcelus eſt, quod non Virtutis involucro tegatur, ſtudentq; quaſi ex compoſito novis ſceleribus novas ſpecies quærere. Qui imperium evertere cupiunt libertatem præ ſe ferunt. Tacitus *XVI. A.* 22. nec quisquam alienum

num servitium & dominationem sibi concupivit ut non tale vocabulum usurparet. Id. *IV. H. 73.* Alii qui remp. agitant, honestis nominibus jura populi se defendere, pars quo Senatus autoritas maxima foret bonum publicum simulant, pro sua quisque potentia certans. Salust. *in Conj. Catil.* Quod cujusque vesano placet ingenio, licet rationi contrarium sit, mirum! nova ratio est. Nulla fides, nullum juramentum, cui non rimam inveniant, eos in fide continet Scimus *inquit* Plautus *in Aul. Act. 2. sc. 2.* quomodo soleant perplexarier, pactum non pactum est, non pactum pactum est, cum illis lubet. Et tamen illi ipsi proh DEUM! quam Sinceri videri volunt, si cum illis res est, Apollinis oracula, Sibyllæ folia proferunt, ubique civilitatem cum comitate externè jungunt, promissa multis verborum ampullis & literarum bullis obsignant, ast intus

Astutam vapido servant sub pectore vulpem.

Qua

Qua ratione cum magna pars mortalium in summum periculum inducatur, quilibetquè. Sinceritionum tabulis se inescatum deploret, fidem minutam queratur: placuit ex illis quæ de Sincerationibus huic tempori maximè convenientia quondam meditatus, breves lineas ducere, easq; pro ratione instituti placidæ censuræ submittere. Nullus dubitans, quin si in aliquibus erravero, amicum amici monituri sint. Contra Zoilos & empectas me consolabor moribus hujus ævi, quo omnia Theonino dente arrodere facilius, quam meliora afferre.

Pericope I.

Est *Sinceratio* (sic dicta qs. sincera ratio, vel qs. minùs sincera ratio, vel per *ἀναγρ.* qs. necis ratio) arcanum Politicum, quo Imperantes pro ratione Status contra securitatem Reip. aliquid molientes dissimulando securos faciunt, & sub nomine Amici fallunt. v. *pericop. X. inf.* Sequitur exinde quod sit Remedium s. ra-

tio Status. Quæ cum vel ſtatui ipſi vel ſecuritati eorum qui ipſi præſunt, conſulat, cui Sincer. annumeranda ſit Q. R. Principaliter quidem ſecuritatem Imperantis ſtabilire, ſed per conſequentiam ejus effectus in Remp. redundare. *De Ratione Status ne prolixi ſimus, conſuli poſſunt* Boccalin *in Idol. Princ.* Boter. *di rag. di ſtat.* Canonhie. *diſ. in Tac. tit. quid jus St.* Ferd. Wilhelm ab Eff. *libell. d. rat. Stat.* Reinkinng *d. Reg. ſcc. l. 2. cl. i. c. 1. n. 35. edit. ult.* Arcanum autem, quia eſt, & Impp. competens, privatorum manus effugit. Si enim cujusvis Dominationis arcana vulgus nota haberet, multum illis detraheretur autoritatis. Boccalin. *cert. 1. rag. 89.* quod talpis viſum reſtituerit; & *cent. 2. rag. 71.* Tacitum à Principibus accuſatum fingit, quod conſpicilia Politica fabricarit. Beſold. *diſc. d. arc. Pol. c. 1. n. 2.*

Annot.

Blanda Vox *Sincerationis* nec ullius mali ſuſpi-

suspicione gravis quid sincerum nisi purum, limpidum, ab omni immunditie, fraude, dolo liberum. Idem de Sincerationе tibi pollicere: cum Amicis tibi res est, nec alius nisi amicitiæ & favoris fucus obtenditur. Ipsa vox *Sinceratio* licet apud classicum Autorem non reperiatur, frequenti & assiduô tamen usu introducta & Latinitatis foro donata est. Cogimur, quia Natura quotidiè novas formas edere deproperat *l. 2. §. 18. C. d. V. I. E.* & plura sunt negotia quàm rerum vocabula *l. naturam 4. D. d. præscr. verb.* ipsius rei naturam inspicere & ex thesi nomen imponere. Valent vocabula usu ut nummi, & non tam respiciendum est quid quis dicat vel agat quàm mens & intentio *lib. 7. §. fin. D. d. supel. leg.* Hinc aptè Sincerationis pallium sumptum; contra hostem ejusq; insidias parata prudentia & dexteritas, sed quid Amico obtrudes nisi fidere animus est. Simulant se sinceros, fidos, multis verbor. ampullis & literarum bullis fidem pollicentur & obsignant, sed cave tibi,

latet anguis in herba, nec ante prorumpunt, quam te in cassibus tenent; tunc Pandoræ pixis aperitur & hoc sub dulci amicitiæ nomine. Cum igitur rem ipsam habeamus, quare superstitiosè in derivationes Grammaticorum inquiremus. Nec necesse est, cum multa alia vocabula in Ordinationibus Imperii A. Bulla, & Recessibus habeamus quæ ex Latinitatis fonte non scaturiunt. Unde enim *Austregarum*, *Vogtheiæ*, *Scabinorum*, *Phalburgerorum*, *Ablodii* vocabula deduces? Erras si Criticorum pinacotheas aperire cupis. Sufficit quod meruerit esse.

Est autem Sinceratio *Arcanum Politicum*. Qui quid Arcana Politica sunt, penitius noscere cupit, ei inquisitionis labor incumbit ut adeat *Clapmarium*, *Besoldum &c.* ubi satias. Communiter tamen Politici describunt, callida consilia, docta commenta, affabrè excogitatas fraudes, simulationes, dolos bonos, quibus quis ad Reip. salutem conservandam decipitur. Pone jam & expende Sincera-

cerationes. Nonne callida consilia, tecta commenta, occulta verba & Apollinis oracula Sibyllæ folia proferuntur? Sed deciperis. Callidè non apertè sub nomine Amici. Illinuntur os & aures pollicitationibus, promissis, porrigitur dextra, bey wahren Worten / habes propitium Dominum mit Gnaden gewogen. Scil. Nusquam tuta fides Reliquas partes definitionis in ulterioribus trutinabimus.

Remedium s. ratio Stat.] Utendum Sincerationibus tanquam remedio Status seu ut Itali loquuntur *par ragion di Dominio, di Signoriâ, di Stato.* Et Galli *par raison d'Estat :* Status dicitur per quem res stat & consistit. Donel. *l. comm. s. n. 20.* qua ratione Jus Publicum Romanum dicitur quod ad Statum rei Romanæ spectat *l. i. §. 2. D. d. J. & J. §. fin. I. eod.* scilicet ut *Limnæus Bacchovius* & alii explicant, quod docet quomodo specialiter illa Resp. gubernetur, quæq; ad illam pertinent, quæ paulatim deflectant à generali politia, & quam habeant in quibus analogiam. Ex illo

abſceſſu aliquando quædam occurrunt quæ ab initio dura videntur, ſed ſi Reſp. ſalva eſſe debeat neceſſario uſurpanda & vocantur Imperiorum Sophismata, noſtris Politicis Rationes Status. His rationibus refertus eſt per totum nunquam tacendus Tacitus *in Annal. & Hiſtor.* & plerique gubernatores iisdem uſi. Equidem D. Forſtnerus *Not. Pol. ad L. III. A. Tac. c. 26. n 3* ait, *Tantum abeſt ut noſtrum ſeculum noſtrosq; mores excuſare velim, ut ſi licet, liberè profitear, callidos dolos & reliqua perfidioſæ politicæ capita, quantumvis publicè damnata ſint, revera tamen eſſe caput & caudam totius ſcenæ aulicæ.* In quem finem etiam Satyricus dixit, leges illas ſanctiſſimas, *Honeſtè vivere, Alterum non lædere, Suum cuiq; tribuere.* (quas, velut ſumma & univerſalia Juſtitiæ præcepta, ad quæ omnes juris articuli referuntur, quidam haut infimi ſubſellii JCtus hiſce verſibus comprehendit

Ex tribus his, legum promanat, fontibus, æquor:

Vive-

Vivere dictamen juxta nationis honestè,

Lædere nec quenquam, & sua reddere jura cuiq;.

non minus hodiè sublatas esse quam Legem Æliam Sentiam & Juniam Norbanam. Sed *Utilitas Reip.* sæpenumero eas defendit propter quam à communibus Regulis Juris discedimus *l. 51. D. ad L. Aquil. ibi: multa autem v. I. ad peric. alt:* nec minus etiam *Tempus*, quod bene inspiciendum, & cui parere omnes Politici præcipiunt. Cic. *L. XII. ad Attic: ep. 7.* Multa siquidem ex tempore & ex consilio non ex sua natura consideranda: quibus in omnibus quid tempora petant, aut quid personis dignum sit, considerandum est, & non quid, sed quo quidq; animo, quicum, quo tempore, quamdiu fiat, attendendũ est. *d. Invent. Li. II. f.* Et multa quæ natura honesta videntur esse, temporibus fiunt non honesta. *Offic. III.* Sic inter arma silent leges (præsertim judiciariæ & pacis propriæ)

cedit

- - - - cedit viribus æquum
Victaq; pugnaci jura sub ense cadunt.

nec tamen jus dicentium culpa. Temporum injuria, & reip. necessitudo cogunt & excusant. Inter motus civiles autem Principes non per omnia legibus obsequentes, non magis jure accusari putat quàm nautas quod procelloso mari rectum cursum non tenent D. Mevius p. m. *Disc. II. ex Li. I. A. Tac. th. 61* quo febri malignâ *Gryphiswaldiæ* ubi providentiæ quodam dono natus quondam fuerat, *A. præterito M. DC. LXX.* extincto *Pomerania* sonticam doloris causam habet &

totam hoc credit se funere condi.

Quin & Naturæ jura sæpè bellum in contrarium mutat. *Curt: IX. 4. 7.* Salsè ergo Antigonus irrisit Sophistam cum alienas urbes oppugnanti commentarium de Justitia conscriptum porrrigeret. Erasm. *li. 4. Apopth.* quamvis nimiùm latè interdum extendatur illud Cassii apud

pud Tacitum *XIV. A. 44. Habet aliquid ex iniquo omne magnum exemplum, quod contra singulos utilitate publica rependitur.* Et illud Plutarchi: ὡς ἀναγκαῖον ἀδικεῖν τὰ μικρὰ, τὰς βουλομένας τὰ μεγάλα δικαιοπραγεῖν. *Necessarium est in parvis quandoque ab ordine s. justitia abire, qui salvam eandem velint in magnis.* Galli ita reddunt: *Il est permis de faire tort en detail, pour avoir raison en gros.* nec infrequens ars sit, multa temporis obtentu defendere, quamvis ex tempore non sint. Unde *Ratio Status* quam vocant, corrupta sc. quam de la Brigue in scripto *de la Raison d'Estat.* definit *omnium scelerum tegumentum.* cujus idolum ita est adornatum judicio D. Böecleri *in Annal. Tac. p. 99. ut sub specie publici boni singulare neque auditum unquam aut probatum jus Regnorum largiri videatur: quod si quis exploret, nihil aliud notabit, quam omnium facinorum licentiam, & juris veri atq; hoc nomine digni extremum contemptum.*

temptum, cujus regula prima sit improbum illud, quod ex Euripide Julio Cæsari placuit: Jus regnandi causa violandum est. *Proxima lex è barbari Tiridatis ore:* Id in summa fortuna æquius quod validius (dublicem legem, Regalem scilicet & regiam & Civilem, solis duntaxat inservientem Politicis suis, Ratio St. *ap. T. Fatid. in Mercur. ad Dolabell.* tradit] *Atque sic deinceps progrediuntur isti Statistæ, penes quos consultores residet culpæ & maculæ Aularum & vitia administrationis præcipua, adeoque mala seculi & calamitas Reip.* Et alterum armorum insolentius prætexi solitum *Ratio Belli*, Tac. *III. H 51.* Gall. *La raison de guerre*, Kriegsraison/ quam omnibus legibus tacitè exceptam Martis pulli militaresq; animi arbitrantur detestanda, si ad effrenis atque ad omnia scelera erumpentis licentiæ propugnaculum abutimur. Quatenus temporum necessitas non efficta sed vera eam excusat, non omnino reprobanda D. Mevius *Disc. IX. ex Li. I. A. Tac. th. 189.* Plura de ratione

Sta-

Status qui volet legere adeat præter *Zuccolum, Septalium, Textorem*; & quos retulit Autor *h. l. Reinkingium L. II Polit: Bibl: ax. 36. seq.* Hippol. à Lap. *d. Rat: St. Imp. R. G. in proleg.*

Privatorum manus effugit] Relinquitur ergo inde, verè Sinceraciones non esse quotiens privatus illum qui contra remp. quid attentat sub specie amicitiæ decipit vel etiam idipsum detegit, ut ut maxime ad id teneatur. Interest enim Reip. ut delicta aperiantur *l. 25. D. d. Scto Silan. l. 18. pr: D. d. injur. l 3. C. de off. Rect: prov.* maturè præsertim, quo venienti malo panacea parari possit, & incumbit hoc cuilibet subdito pro nosse & posse procurare, nam ut ex formulis subjectionis patet, tenentur sanguinem, bona, & omnia pro Dominis effundere, cur non & dolis pugnare, si necessitas jubet. Cum hoc permittente etiam lege facere videantur, qui autem legis ductum vel imperantis voluntatem sequitur, non dicitur peccare *arg. l. 4. C. ad L. Jul. de adult.* Loquimur autem de illis tantum, qui-

quibus nil nisi parere relictum, & ut merè privati à regimine prorsus arcentur: quales in nostro Imperio sunt mediati Cives. Hi sanè Sinceratione uti nequeunt, quæ privatorum manus, ut loquitur noster A. effugit. Suspectus autem qui se officio ingerit ad se non pertinenti *l. 36. D. d. R. J. c. 19. d. R. J. in 6.* Reliquos haudquaquam arcemus, nimirum qui in curam regiminis adsciscuntur & Ephororum loco sunt. Quales sunt Imperii nostri Electores, qui non solùm Imperatorem eligunt, sed & Interregni tempore, vel quotiens Imp. extra Germaniam concesserit, ex iis duo videl. Saxo & Palatinus (neque enim soli *Palatino* uti *Limnæus* facit, officium atque dignitatem Vicariatus temerè attribuere audemus: hoc pacto enim finis dualitatis in Vicariis, ne scilicet unus ambitione inflatus summum Imperium affectaret, negaretur, quod minus rectè quis statueret ne dicam quod Jura Vicariorum non tantum ex A. Bullâ, sed & ex aliis juribus, legibus & privilegiis repetenda esse patemus:

at ex Capitulat: *Ferdin. II. art. 35. Matthiæ a. 36. Ferd. III. a. 38. Leopoldi a. 36)* vice Imperatoris Imperium gubernant & tanquam Vicarii providere debent ne quid Resp. detrimenti capiat, sed in florenti statu conservetur. *A. Bull. c. 5. pr.* Limn. *annot. ad capitul. Carol. V. a. 26.* Quod ipsum de Gallia quoque affirmat Gramondus *L. XVIII. p. 787.* Idem coguntur & facere cæteri Electores non solùm vacante Imperio, sed & existente Imperatore. Hinc enim vocantur columnæ & latera Imperii *A. B. c. ult.* columnæ quæ sacrum ædificium circumspectæ prudentiæ solerti pietate sustentant *c. 3. §. 1.* membra norporis Imperatoris *c. 24.* Oberste und allnechste Glieder des Heil. Reichs In der Churfürsten Urtel als Wenceslaus abgesetzet worden apud Goldastum. Oberste Väter und Rahtgeber der Teutschen Nation ap. Hortleder. *d. caus. bell. Germ. L. 1. c. 37 p. 292. n. 511. v.* Limn. *Li. III. I. P. c. 2. pr.* Id. *ad Capit. Ferd. II. a. 41.* Nec minus hoc facere tenentur reliqui. Status & membra imtru

mediata Imperii, velut Duces, Principes, Marchiones, Comites, Civitates Imperiales, qui etiam hac de causa audiunt Eingeleibte Glieder. *R. I. d. A. 1541. pr. it.* Glieder des Reichs *R. I. d. A. 1527. §.* und fürter. it. Christliche Glieder *R. J. d. A. 1542. §.* und wiewol in dem jüngsten NB. *pia Imperii capitu R. J. d. A. 1529. §.* weiter haben wir. Cum igitur æqualem sollicitudinem in Imperio gerant cum Imperatore, qua ratione partes principales und mitt Intereſſenten an dem Statu & forma Regiminis audiunt. Aut. der Grundveſte des Reichs *p. 1. c. 1.* nec minus Imperio quam Imperatori fide ac juramento obſtricti ſint. *R. I. Spir. d. A. 1529. §.* deßgleichen ſoll keiner, ib : mit den Eyden und Pflichten damit ihr uns und dem H. Reich zugethan und Verwand ſeyd Ordnung des Landfried. *d. Anno 1521. ſub tit:* Handhabung des Friedens §. drauff befehlen wir *ibi:* bey den Eyden und Pflichten die ihr uns und dem Reich. maturè providere debent ne Reſp. ſcopulis illidatur & à naufragio immunis ſit. Ubi ſanè

ſi

si Sincerationibus illud efficere possunt, quid opus armis exigere, maximè si clanculum quid repat aut gliscat in Imperio cui arma objicere imbecillum ac dubium. Eadem ratio in Circulis qui propterea constituti ut commodis Imperii prospiciant. Denais. *Jur. Cam. t. 72. & t. 212.* Paurmeist. *d. Idict. L. II. c. 2. n. 58. seq.* M. Stephan. *d. Idict. L II p. 1. c. 4. n. 46.* Sed an contra Imperatorem? Imo. Cum enim ex proæresi & diu deliberata voluntate non attentis Procerum Supplicationibus & petitionibus fundamenta regiminis convellere annititur, succisisq; pedamentis aliam Reip. forformam inducere laborat eo ipso Regnū abdicare & pro derelicto habere videtur ac præsumitur, nec ut Magistratus sed ut privatus consideratur. H. Grotius *d. J. B. P. L. I. 4. 11.* & hac consideratione, potest etiam [ob crimen tamen ut dixi, fundamenta Reip. afficiens, & si pervicax aliqua durities & sæpius repetita perseverantia id suadeat] Imperio deiici ab Electoribus vel potiùs ab omnibus Statibus

bus, qui in magni momenti & Remp. concernentibus negotiis universi hodiè decidendi potestate gaudent. *Instrum. Pac. Osnabr. Mon. §. 8. v. 5. gaudeant.* E. magis etiam ei Sincerationibus occurri potest. Qui enim potest id quod magis est, ei non denegandum est quod minus *l. 21. D. d. R. I. l 3 D. d. re jud.* potissimum ubi eadem ratio ut hic, incolumitas Reip.

Sed quid de *Civitatibus municipalibus* dicendum?

Ratio dubit. esse potest, quod mediatos Imperii Cives Sincer. uti non posse subantea diximus, quò etiam pertinent Civitates Municipales quæ privatorum loco habentur *l. 16. D. d. V. S.* & se non debent intromittere in arcana dominationis. Verum considerando eos æquè Magistratus & regimini ordinando præpositos esse ut superiores sunt, eadem ratione qua illis etiam his licitum esse subditos suos vel alios Reip. damna parantes fallere, occurrentique malo occurrere, recte meritoq; statuimus. Nec enim

enim solùm altas turres fulmen ferit, sed aliquando cavernas terræ penetrat & aperit. Non navis tantum, sed & navicula mergitur, & tam homunculoni quàm homini paratæ insidiæ majoraque patitur Eumenes in sua arce, quàm Alexander in tribus partibus orbis. Sic magis ferè turbæ accidunt in ejusmodi Civitatibus propter mobilitatem vulgi quàm sæpè in amplo Regno. Ubi ergo idem periculum ibi idem remedium, & ubi eadem ratio, ibi eadem juris dispositio. *arg: l. 32. D. ad L. Aquil.* Nec officere debent prædicta de mediatis Civibus: nam mediatos non opponimus Dominis suis immediatis, sed Cæsari & Imperio. ubi sanè Civitates municipales quia sessionem & vota in Imperii conventibus non habent, tacere debent. Et quod privatorum loco habeantur id verum est ut Gœddæus explicat *in d. l. 16.* respectu populi Reipublicæque Rom. aliàs quia peculiares suos cœtus, publica sacra & jura habent, nihil prohibet quò minus publicam personam sustineant.

Pericope II.

Apparet *Sinceratio* in omnibus Reip. formis: maximè verò in primaria ex illis Monarchiâ splendescit. In quâ cum ratione summæ potestatis quæ in una persona residet, Bodin. *II de Rep. 2.* & nullius arbitrio subest, Grot. *d. J. B. P. I. 3. 7.* imperantes omnem legis ferendæ potestatem ad se pertrahunt. *l. 12. §. 1. C. d. LL. §. 6. I. d. J. N. G. C. l. 1. D. d. const. Princ. Nov. 105. c. 2.* interpretationem *l. 1. l. fin. C. d. LL.* extensionem. *l. 9. C. eod* Sub-ob-& abrogationem *l. 2. d. const. Pr.* Bodin. *I. d Rep. 8.* exemptionem *l. 31. d. LL. §. fin. I. Q. m. test. infr. l. 23. D. d. leg. 3. l. 3. C. d. testam.* Clapm. *d. arc. pol L. 1. 12.* Reink *d. reg sec. L. I. cl. 3. c. 12.* Arnis. *d. I. Maj Li. I. c. 3.* Lans. *d. L. Reg. concl 58.* ne subditi hac potestate commoveantur, LL. se ligatos in speciem profitentur. *dd. ll. l. 4. C. d. leg.* Bacch. *in Treutl, not. v. 1. D. 1 th. 6. lit: b.* Donel. *1 com 17.* Besold. *d. I. Maj. in gen. c. 7.* Itae *g.* interpretationes varias in

Imp.

Imp. Rom. accepit Pax Religionis. Catholici dicunt vi extortam. Fr. Burch. in Freist. *part. 3. c. 13.* Lutherani deliberato consensu pactam. *R. I. d. A. 1555. §.* und wier. Illi per Concilium Tridentinum sublatam. Windec. *d. exstirp. hæres.* Hi illud non agnoscunt. *R. J. Aug. d. A. 1525. §.* wir haben / Sleidan. *L. 26.* Illi ex plenitudine potestatis posse tolli. Burchard. *d. l.* Hi aliud conventiones & pacta §. ferner verpflichten. juramentum §. Solchs alles und jedes. renuntiationem *d. §. ibi* : aus vollenkommenheit. derogationem §. und soll alles. promittere. *Cran: p. 2. Diff: d. Pac: Rel: Probl: 5.* Illi Jurisdictionem competere soli Imperatori. Dilling. *in Compos : Pac. c. 10. q 75. n. 21.* Hi Cameræ. *R. J. d. Anno 1555. §.* Wier befehlen. Besold. *Disc. d. Stat Reip: mixt : c. 2. n. 11* Muter. *v. 2. ap.* Arum. *D. 11 q. ult :* Cubach. *d. pac. Rel. c. 11. n. 14.* Quo pertinet Edictum illud Cæsareum *d. A. 1629. 6. Martii.* Viennæ emissum de restitutione bonorum Ecclesiasticor. in quod latiùs inquirere pagella renuit.

Videantur interim Scip. Aretin. in grundl. *deduct. Anon. JCtus in consil. super ill. Edict. De liber. Protest: in conv. Lips. An. 1630. uti testatur Protocollum.*

Annot.

Ea Imperantium sæpè conditio quæ Nautarum, qui quando passis velis portum ingredi nequeunt, obliquant cursus, & velificatione facta navim in tutam stationem deducunt. Sic strue, destrue, si salus Reip. exigit, nec hìc tantum quid utile, sed quid necessum considera; non quod directò saltem, sed & quod indirectè & obliquè ad Reip. bonum tendit *v. Princ. Pat. n. II. Autor. n.* per singulas Rerump. formas eundo in qualibet earum Sincerationes locum habere ostendit. Dantur autem tres regiminis species, quas prudentissimus Annalium conditor *IV. A. 33.* ubi ex instituto de Rep. dignoscenda agit, hoc verborum compendio est complexus: *Cunctas Nationes & Urbes* populus, *aut* primores, *aut* singuli

guli *regunt*. De Monarchia A. primo loco agit. Hæc enim optima & antiquissima Reip. forma communiter habetur Joh. And. Gerhardi Cyrus *c. V. §. 4.* (conf. tamen *Diss. d. Differ. Regn: sub Dn. Conring. hab. A. 1655. th. 32.* & Lentul. *d. Arcan. Regn. è Tac. I. A. 16. verb. mutatus Princeps licentiam.*) ideoq; à gubernatoribus fere expetitur.

Sed cum difficile sit in tanta potestate modum tenere, & non aliquando abripi licentiæ ventis. *conf. Princ. Pat. n. XXIV.* paratæ insidiæ quas si avertere cupis & Statum Reip. integrum servare, non cum Julio Cæsare temerè curia intranda est. Sueton. *in vit. C. Jul. Cæs.* sed Sinceratio-nibus & dolis machinatores deprimendi. Fœdos modos, quando sc. adulteria, stupra, incestus, veneficia & infanda quæq; parando aut firmando Regno usurpantur (quales *Tryphoni*, *Sejano*, *Agrippinæ* placuisse ex *Tac.* aliisq; constat. Conf. D. Forstn *in Not. ad III. A. Tac. c. 7. n. 2.* Id. *ad I. A. 53.* Cyr. Lentul. *in Arcan. Regn. c. V. p. m. 170.*) ut omittamus, contingit

aliquando ut proximum Succeſſioni remotiori cedere interſit Reip. Hìc perſuaſionibus ac Sinceratione ut plurimum res conficienda. Cum enim majori natu ratione primogenituræ ſucceſſio omni jure debeatur, ne imperium ex illius negligentia vel inidoneitate detrimentum capiat, Sincerationibus ſucceſſione [quam rapere interdum qui proximi imperio deſtinantur quàm expectare malunt D. Forſtn. *Not. IV. A. Tac.* 17.2.) abſtrahitur, & quem DEUS cohoneſtawit, præfertur. Quod minimè prohibitum. Lex enim illa vel conſuetudo ſucceſſionis de præferendo primogenito non eſt contra Regni commodum interpretanda, pro cujus utilitate ſalubriter ab initio indroducta eſt. *arg. c. quod ob gratiam 61. d. R. J. in 6. l. 25. D. d. LL. l. 6. C. cod.* Schurff. *conſ. 24. n. 8. cent. II. ubi cit.* Baldum. *in Authen. Hoc amplius in 2. colum. verſ. quæro an filii Regis C. d. fideicom.* Rumelin. *D. VI. ad A. B. th. 6. ubi in ſucceſſione Electoratus idem vult obſervari.* Sic Fridericus I, Marchio & Elector

dor Brandenburg. suadâ & Sinceratio-
nibus effecit ut maximus natu Johannes
privilegio ætatis renunciaret, illudq; in
Fridericum secundogenitum qui excita-
tior & ad labores ferendos firmior erat,
haut invitus transferret. Singulari ete-
nim se beneficio per hanc Patris senten-
tiam adfici judicabat, quod sibi otium,
fratri verò negotium extremâ Patris vo-
luntate relinqueretur, test. *Æn. Sylv. Chytræo, Casp. Peucer.* ex quibus exem-
plum hoc repetunt Besold. *d. Reg. succeff. Li. I. D. 2. n. ult.* Setzer. *ap.* Arum. *v. t. D. 20. th. 19.* breviter Coler. *d. jur. Imp. Germ. f. 51.* quamvis populus interdum
adeò juris primogenituræ observans
fuisse deprehendatur, ut etiam exclusis
secundogenitis qui aptiores tamen Im-
perio erant primogenitos ineptos ad Re-
gnum admoverit. Referunt *Bodinus* i-
temq; *Lipsius.* Cum Ladislaus Almum
fratris filium juniorem quidem, sed ani-
mo & corpore meliorem, præ Colomanno adoptasset, quem sacris initiatum
Lutetiam Parisiorum specie studiorum

ablegaverat dicam an relegarat: S. P. Q. Pannoniarum mortuô Ladislaô Colomannum iterum ad Imperium revocasse. Quem autem hominem? ridebis Lector: statu pusillum, linguâ balbum, oculô luscum, pede claudum, dorsô gibberum. *Lib. II. Exempl. & mon. Pol. c. 4. mon. 2. & VI. d. Rep. c. 5. n. 730.* Quod tamen censente D. Conringio *in Diss. d. Regn. & Tyran. th. 78.* minimè approbandum. Potius enim tunc fuerit rem aut paterno arbitrio aut populari committere lege lata. Quomodo cernere est olim Davidis Regis in arbitrio fuisse positum Salomonem aliis natu majoribus fratribus anteferre. Cujus filius *Roboam*, cum multos haberet filios Abiam elegit; cum tamen alii forent non pauci natu majores ut verisimile est ex *Li. 2. Par. cap. 11.* constituit enim in h. capite Abiam filium Maacha ducem supra omnes fratres suos, ipsum enim Regem facere cogitabat, quia sapientior fuit & potentior super omnes filios ejus. LeBleu *in Steptrog. Salom. §. 8.*

Hodie

Hodie verò quia ad Imperium aut Regnum aliquod evecti, plerumque modis ac legibus fundamentalibus adstrictam potestatem nanciscuntur ut habeant quidem vægrande nomen Majestatis, sed quod ab Ordinibus ita agnoscitur, ut imperent verius quàm pareant. (Quod sanè contingit in mixtis Regnis ubi inter Regem & Proceres malè plerumq; convenire solet, dum utraque pars suam augere intendit potestatem. *Diss. d. Ort. & mutat. Regn. Helmstadt Anno 1658. sub Præsidio* D. Conringii *hab. th. 36.* & quando per electionem sceptra deferuntur, quamvis hoc universim verum non esse, consentiente D. Bœclero *in Not. ibid.* statuat H. Grotius *d. I. B. P. L. I. 3. 10.*) ideoq; cum quævis res facilè in sua redigatur initia, eò cogitationes & curas potissimum dirigunt, ut sint παμβασιλῆες vel ut Galli loquuntur, *souverains* nec Regnum amplius sub conditione habeant, sed liberè & absolutè pro arbitrio gubernent. Nullam autem hîc viam aptiorem judicant esse, quàm si bonis

verbis aut Sincerationibus. Ordines dementent, vel qui aliàs Ephori constituti sunt Regi. Dum enim sic pelliciunt plerosq; ad patienda ea quæ mixturam Status quodammodo immutant, vel etiam adjuvantibus & occasiones & consilia subministrantibus iis, quorum de jure imminuendo agitur, in partem Imperii non suam involant, non possunt meritò vocari Tyranni, judicante D. Böeclero *in Annot. ad Li. I. Grot. d. I. B. P. c. 4. §.* 14. Etiamsi ergo sub certis legibus, *literis Majestatis* Majestät Briefen *v. J. peric. XII.* (cujusmodi literis in Regno Bohemiæ Rex cavet Ordinibus de non turbando statu Religionis s. Regionis, privilegiis non imminuendis sed augendis: & ex qua assecuratione læsa scintilla olim exorta, quæ in tantum incendium A. 1618 erupit, ut ad illud extinguendum tota Germania cum omnibus membris per aliquot lustra deinceps non sufficeret. *Aut. consider. caus. bell. Germ. part. II. p. 88.*) Capitulationibus Imperium accipiant & Regni gubernaculis præ-

præficiantur, in consuetudines & mores etiam patrios sanctè jurent, (de juramentis J. dicendi locus erit) eaq; omnia se sincerè servaturos, fide data & tactis Evangeliis promittant, attamen quando scopum adsequi volunt, hæc omnia circumducunt, aliam interpretationem, explicationem adhibent: quod ex subsequentibus de Pace Rel. ejusq; variis ac fraudulentis interpretationibus, tum Sigismundi exemplo adparet, cui aliquando illud objectum: *cum Imperatorem te creavimus Legistam te similas.* Nimirum, *tendit eò acies humani Ingenii, ut cum te scripto juvare velis, rei extraneum sensum affingas.* Licere hoc ex Majestatis jure aut plenitudine potestatis, nec Ordines hinc diffidentiam concipere debere, esse Imperatorem vel Principem commodi aut fidei suæ [si diversæ Religionis est à Statibus] vindicem: quem multò magis etiam ab illicitis abstinere deceat quàm privatum. Invicto necessitatis telo se adigi quæ legem vincit, humanæq; imbecillitatis patrocinium est.

Quod Imperator Ferdinandus II. In conventu Ratisbonensi A. M. DC. XXX. præstruxit, qui tamen audivit responderi; *multa necessitati attribui, quæ à solo præmeditato & Spontaneo voluntatis ductu ortum & cursum traxerint.* Limn. *annot. ad Capit. Ferd. II. a. 38. verb.* des Reichs Ordnungen.

Pax Religionis] Pax illa Rel. opus 38. annor. labor 11. splendidissimorum S. R. I. Comitiorum,

Tanta molis erat Romanam condere Pacem.

D. Varen. *Omt. in celebratione Jubilei Acad. Rostoch. A. 1655. ob eandem Pac. R. alterum tunc seculum ingressam hab.* quæ tandem videl. A. 1555. vivente adhuc Carolo V. ejusque vices gerente Fratre Ferdinando per modum Legis in Comitiis sancita, cum B. D. Fritzio *Ex VIII. ad Recess. August. d. A. 1555. sect. 1. §. 5.* Palladium meritò dicenda, quod post Transactionem Passav. in Germaniâ erectum, ab extrema comminutione & ruinâ sar-

tum

tum tectumq; conservavit Imperium: sed quæ simul talis sanctio est, *ut ibidem pergit*, quæ sanguinem sitientes Papicolas inprimis Ignatianos, [pro quorum salute, quippe quos præcipuas sacri belli furias facesq; novere, soteria pocula milites circumferre solere memini me legisse ap. *Berneg.*) tam malè habet, quam infringere enixis viribus laborant, ac insanis suis consiliis fidem, autoritatem & Imperium Caroli ac Ferdinandi reliquorumq; Statuum dubiam facere ac famam defunctorum temerare audacter præsumunt. Id D. Fritzius *ad Recess. I. Spir. d. A. 1544. §. 9. f.* ad. D. Carpzov. *d. L. Reg. German. c. 3. sect. 8. n. 2. 3.* nostrates verò justis rationibus & laudabili ausu defendunt & à strophis contradicentium vindicant. Præferunt Catholici Concilium illud quod Vejupiter Romanus Tridenti superiori ævo indixit atq; amplè descripsit *Petrus Suavis Polanus*, s. rectius *Prulus Sarpius Venetus*, Ordinis Servorum, unde quibusdam *Servita* dicitur. Cui tantam autoritatem

atq; efficaciam tribuunt, ut quod A. *h. peric.* innuit, per hoc illam planè emarcuisse contendant. Ne verò patiamur nobis à Jesuitis imponi & Sinceratione fieri qs Pax R. sit Toleramus aliquod, ein blosses temporal-Werck/ neq; perfectè concluſa, sicut vociferantur Windeck. Burch in Freyſtell. der Religion. *p.3.c.13.pag.306. Aut.* der Donawert. *Inform.p.1.p.30.* & qui se vocavit *Ernest. de Eusebiis* cujus & Crisin & Crisin Anticriseos fortissimè debellavit summus ille ac consummatissimus Theologus D. Johannes Georg. Dorscheus. Quippe expresse *d. R. J. d. Anno 1555. §.* und damit solcher/ conventum, sub promissione fidei Imperialis & pæna Banni, hanc pacem debere in æternum durare, roburq; perpetuum obtinere, ein für und für ewigwehrender Friede seyn. §. und nachdem. donec per universale & Nationale Concilium in loco quodam Germaniæ habendum vel per alias commoditates, durch die wege des General-Concilii National Versamblung/ colloquien, oder

oder Reichshandlung / dissidium illud Religionis legitimè componeretur, quod hactenus factum non fuit. Quis enim dicet Concilium hoc fuisse *liberum* ein frey allgemein Concilium. *R. J. Spir. d. Anno 1542. §.* ob aber mittler Zeit *R. J. d. Anno 1544. §.* dieweil aber (2.) *Amicabile R. J. d. Anno 1557. §.* So haben auff solches *ibi:* in solchem freundlichen Gespräch (3.) *Generale aut Christianum R. J. d. A. 1532. §.* und wiewol *ibi:* ein gemein Christlich *Concilium.* Cum non ex ductu S. Scripturæ, [quam rem inanimem atq; mutam esse Cardinales, Legati & Præsides, ut est apud Polanum *d. tr. p. 417.* censuerunt, coq; Sicut reliquas leges Politicas Judicis vocem ad eam animandam requirere, quam non aliam esse quam vocem Concilii more ab ipsa Apostolorum ætate continuato satis constare) sed ex nutu Papæ Rom. qui non Christi & fidei causam sed vel maximè suam egit, ultimamq; ac decretoriam sententiam cum Cardinalibus tulit, fuerint controversiæ decisæ, nova dogmata & errores introducti

ducti, in unico aliquo angulo Germaniæ, vel potius secundum Cosmographos in finibus Italiæ habitum, ubi nec præsidium à Cæsare exspectari poterat, nec ab ordinariis Magistratibus ferri eò missis, & tam Præses quàm Adsessores fuerunt partes & Judices? ubi denique Statibus Protestantibus liberâ uti voce permissum fuit, aut in publico Religionis suæ argumenta & fundamenta proponere vel exponere, ac planè suffragandi modus perversus, servatus fuit? Nemo sanè puto, credet, nisi qui peponem pro corde & fungum pro cerebro habet v. Cran. *d. pac. Rel. part: 2. probl. IV.* Syring. *d. hac ipsa Pace concl. 13.* Aliæ adhuc causæ quare Status Evangelici Concilium Tridentinum recusarint, nec in eo comparere potuerint aut debuerint, traduntur in scripto quodam à Theologis & Politicis jussu magnorum s. Ordinum confecto ap. Hortleder. *vol. 1. d. caus. bell. Germ. c. 47. cui titulus* stattliche Außführung &c. Et quæ aut unde Præsuli Rom. illa autoritas & Jurisdictioni Aug. Conf.

addi-

addictos? Nulla equidem. E. meritò ſpernitur utpote extra terminos territorii facta *arg. l. fin. D. d. Jdict.* Et poſito ſed citra præjudicium veritatis, ſi quæ? nonne ea per Pacem Rel. contra Proteſtantes ſuſpenſa & interdicta. §. Damit auch obberührte. Plura pro Pacificatione noſtra videſis ap. Cranc. *l. c.* Carpzov. *d. tr. c. 3. ſect. 7.* ubi extremo ſectionis ex Ungersdoffero in ſeiner Erinnerung von Calviniſten eorumq; perfidia contra Imperium Rom. *p. 33.* mihi *p. 24.* multos Catholicorum à temerario hoc auſu receſſiſſe probat, quorum nomine hic ita reſpondet: Der Religion Fried ſey durch Bücherſchreiben nicht aufgerichtet worden/werde auch durch dieſelben nicht aufgehoben werden. Drumb ſolle man mit dem/dz die Stände beyderſeits denſelben ſteiff und veſt zu halte verſproche/zu frieden ſeyn. *Quem etiam locū* Limn. *Li. I. I. P. c. XIII. n. 30. citat.* ipſum q; Papam in Comitiis Anno 54. Legato ſuo in Secretiore ſ. Inſtructione, apud Cæſarem inſtaret, ut proteſtantes quidem Eccleſia-

clesiasticis bonis à se hactenus possessis uti frui sineret, sed ulteriorem præcaveret molestiam, mandasse tradit.

Quin & Pontificii, uti videre est ap. A. *h. peric.* aliis modis h. Pacificationem oppugnant: nec vitam saltem sed & autoritatem eidem adimere præsumunt. Hanc armis infringere exinde tentant, quasi Carolo V. Imp. vi & armis extorta sit, armis vicissim eripienda. Sed vani sunt Jesuitæ, quos itidem expresè refutant Imperii Constitutiones, quæ propter pacem Imperii, diffidentiam tollendam, & amorem patriæ eam' factam esse ajunt. Quod sanè vi vel metu extortum dici non potest *arg. l. 2. 3. & 5. D. quod met c.* & quod ex tali coactione voluntatis fit, rectè fieri dicitur. *aug. l. 21. §. 5. eod. l. 22. d. Rit. Nupt. c. maritus 15. q. 7.* Springer. *tr. d. pac. Rel. c. 2. p. m. 24.* Deniq; omnem violentiæ præsumptionem excludit confirmatio & ratihabitio negotii hujus pacificatorii in omnibus ferè publicis Imperii conventibus tanta cum religione iterata. Carpzov. *d. c. 3. sect.*

sect. 7. n. 27. seqq. cui add. confirmationis Pacis R. quas ex diversis Recess. I. & ex nup. Instrum. Pacis Osnabr. Mon. Suevus *Dissertationib. f. d. Pac. R. annectit.* tum etiam, quod qs. cum tripudio ipse Ferdinandus super Pace R. sibi gratulatus est. *Crato à Craftheim. in epist. prælim. hist. Bohem. Dubravii* ap. Dom. Arum: *v. 1. I. P. D. 25. th. 15.* Wurmbser. *exerc. V. I. P. concl. 2.* quippe qui oculatior illis implacabilibus in ludo Magistris & in umbra plausibiliter Areopagitis, vidit Pacem R. à Germanor. Regno sine totius corporis lamentabili funere tolli non posse. D. Varen. *in d. Orat.*

Confugiunt porro Catholici ad *plenitudinem potestatis*, & ex plenaria potesta. Imperatorem constitutioni Religiosæ contravenire aut planè eandem abrogare posse, nugantur. Sed nugantur. Longè enim aliud volunt ac promittunt conventiones, pacta, jusjurandum &c. Aut. *b.* Vallata enim & firmata est Pax Religionis religiosis admodum adseverationibus tam à parte Ordinum, quam

quàm ipsius Imperatoris, quæ partim juramento saltem quod ad contractus robur & validitatem attinet, æquipollent: utpote in §. Solches alles und jedes so obgeschrieben. ibi: Sollen und wollen J. Liebde und Käys. Majestät und wir bey J. Käys. und unsern Königl. Würden und Worten v. D. Mev. *in Discuss. lev. inop. deb. c. V. n. 183.* Id. *in Diss. d. Privil. Nobil. concl. 21.* it: *Disc. XIV. ex Lib. I. A. Tac. th. 269.* & cum renunciatione illa in *d. §. ibi.* und darüber jetzo oder künfftiglich weder aus vollkommenheit / oder unter einigem andern Schein / wie der Nahmen haben möchte nichtes fürnehmen. Handeln oder Außgehen lassen noch jemand anders von J. Liebd. und Käyserl. Majestät und unsertwegen zu thun gestatten. Conjunctæ, Imperatorem ejusq; successores ita stringunt, ut ne quidem ex plenitudine potestatis nec alio modo vel prætextu quidquam Sanctioni Religiosæ contrarium decernere possint. Accedit, quod §. und soll alles. Statuitur, nullam declarationem, Edictum,

dum, decretum, oder etwas anders so den Religion-Frieden verhindern möchte/ quocunq; modo interveniant, huic paci quidquam in posterum derogare, sed nullius penitus momenti esse debere. Hinc jam facilè intelligitur, quid statuendum sit de *Edicto Ferdinandino*, quod Autor instituti & pagellarum ratione habita, indigitare saltem voluit, sed in *Theatro Europæo Tom. II.* Integrè exhibetur. Emanavit hoc ipsum Anno 1629. & quidem instinctu Papæ & Episcoporum Germaniæ ad Aug. Confessioni addictos, quos Imperator fascinare voluit sibi soli cognitionem Pacis Rel. atq; interpretationem competere. Ejusdem Edicti hanc rationem arcanam fuisse credit S. de Mon-Zambano *in Lib. d. St. Imp. G. c. V.* ut Cæsar sibi conciliaret Episcopos reliquosq; Ordines Catholicos, & iisdem persuaderet, quæ moliretur in gratiam Religionis suscipi, non ad opprimenda Ordinum jura. Quod si autem hisce auxiliantibus aut saltem non reluctantibus, Protestantes subegisset, in pro-

proclivi deinceps erat, reliquos etiam ad nutus suos componere. *Hæc ille*, quæ ego cum Burgoldens. *p. 2. D. 2. ad Instr. Pac. Cæs. Suecus n. VII.* aliis dijudicanda relinquo. Nullum autem plane est hoc Edictum, quia non deliberato Procerum I. consensu id factum, adeoq; modus in Imperio receptus non observatus fuit. Formâ autem non servatâ actus redditur nullus. Docent hoc solemnes omnium Recess. J. præfationes, ubi illa formula reperitur: *Nos & Electores &c.* Ad hæc Imperator in Capitulat. se Recessus in viridi observantia habiturum, nec quidquam sine Statuum consensu facturum, pollicetur. Ipseq; Ferdinandus II. quanquam de facto contrarium ausus Legatis Circuli Francon. A. 1629. d. 28. Aug. in hunc modum respondit. Es erinnern sich Ihre Käyserliche Majestät das in den jenigen Sachen da man neue Gesetze und constitutiones auffrichten wolle/ dem im Reich herkommen nach/ solches auf gemeinen Reichsversamblungen constituiret werden solle. *Thom. Manlius in Epistol.*

Epistola Iconismo Aquilæ Rom. annexa, cit. Hippol à Lap. *Diss. d. Rat. Stat. J. R. G. p. 1. c. 6. sect.* 1. Nec [2] in comitiis & loco consueto factum. Religionis enim disceptationes ad Comitia pertinere, præter *d. R. J. d.* Anno 1555. reliqui omnes, ubi de religionis actum negotio, probant. Arum. *tr. d. Comit. c. 4.* Reinking. *d. R. S. E. L. 1. cl. 5. c. 8. n. 55.* Et hæc vitia Sax. Elector in literis s. ad Cæsarem d. Anno 1629. d. 28. April. huic Edicto imputat, ibi: Die entstehende differentzen sind allezeit auf den Reichstagen ehisten anfangs von Carolo V. tractiret worden. Iccirco hunc modum procedendi mirum sibi videri, quia ab A. 1555. tales quæstiones non fuerint ab Imp. decisæ, sed mit der sämbtlichen Stände wissen und willen/weil sie in Aufrichtung des Friedens mit cooperiret / an enden und orten dahin dergleichen sachen gehören / abzuhelffen vor rahtsam befunden. Ubi etiam addit; Dieser modus procedendi, die Reichs gravamina am Käyserlichen Hoffe in form. eines General Edicts

Edicts und allgemeiner sanction zu erörtern/sey niemals weder vor noch nach dem Religion Frieden gebrauchet worden. In rebus autem novis constituendis evidens debet esse utilitas, ut recedatur ab eo, quod diu æquum visum fuit *l.* 2. *D. d. constit. Princ.* in primis ubi agitur de dissensu tertii, qui actu contradicere ejusq; effectum impedire potest. Ut plus est periculi corporibus nostris, vere & autumno, ob mutationem: ita novitas semper lædit Remp. Erasm *in simil.* conf. Menoch. *L. V. præs. 34.* it Reinking *Pol. Bibl. L. 2. ax. 118.* Magni proinde faciunt provinciales servari sibi consuetudinem & prærogativas *l. 4. §. 5. D. d. off. Procons.* & cur non hic, ubi quò majus est periculum eò cautius est agendum. *Nov. Leon. 109. ibi: oportet quidem.*

Exsultant Pontificii & rem acu setetigisse sibi imaginantur: qv. Edictum hoc Cæsareum non sit nova aut contraria lex, sed tantum dubiæ legis interpretatio, vel etiam dubii facti in & ex jure decisio. Et ita olim jussu Imperatoris Consiliarii Aulici

Aulici prædicto Saxon. Electori respon-
derunt: Neue Gesetze könne Ihre Mayst
nicht machen ohne consens der sämt-
lichen Reichs Stände / man versire aber
dißmal nicht in terminis legis ferendæ,
sondern iustitiæ administrandæ. Thom.
Manl. c. l. Ajunt Catholici quando agi-
tur de νομοθεσία i. e. in terminis legis fe-
rendæ, tunc omnium J. Statuum consen-
sum requiri. Sed ubi quæritur de δικαι-
οδοσία i. e. in terminis justitiæ admini-
strandæ & legum jam scriptarum exe-
quendarum & applicandarum ratione
ad gravamina in Imperio orta, tunc so-
lum Imperatorem cognoscere, nec con-
currere cum illo Status Imperii. Et hoc
etiam responsum Imp. Ferdinandi datum
Circuli Franconici Legatis probat: *ibi:*
Inmassen Ihr Majestät in angezogenen
publicirten Edict nichts begreiffen / so nicht
aus dem hellen klaren Buchstab des Re-
ligion-Friedens erörtert worden / dieß
Orts auch nicht eine Interpretation des
Religion-Friedens / sondern allein das

Jus so allbereit in dem Religion-Frieden nach klaren buchstäblichen Inhalt desselben statuiret und geordnet / auff die in facto eingebrachte gravamina appliciret worden. Verùm præterquam quod interpretationi s. declarationi Imperator in cit. §. und soll alles. per expressum renunciavit, non magis interpretatione Authentica, quàm nova aliqua constitutione quidquam in præjudicium Protestantium ab eodem introducendum: cum in præsenti Reipubl. forma ei soli non competit legem condere adeoq; nec interpretari, *per comm. istam regul.* Unde Jus prodiit, inde interpretatio quoq; procedat *cap. interalia X. d. sentent: excom.* quod in specie in negotiis Pacem Rel. concernentibus verum esse tradit D. Myler. *in addit. ad Rumelin. p. 3. D. 2. ad A. B. th. 3.* it. Burgold. *ad Instr. Pac. Westphal. p. 2. D. 18. n. 4.* Et præterea lex interpretans legi interpretatæ consonare debeat, quod hîc secus est. Quare hodiè in Instrumento, s. Tabulis Pacis Osnabr. disertis verbis cautum, quod ubi leges

leges interpretandæ, omnium statuum consensus adhiberi debeat. *a. 5. §. 17. vers. sed si dubii. a. 8. vers. gaudeant.*

Sententiæ autem formam Edictum istud non habere, res ipsa satis demonstrat. Etenim in h. Edicto de universis bonis Ecclesiasticis mediatis quæstio, in §. aus welchen de bonis immediatis in §. bey denandern articul. it. de jure emigrandi, generaliter disponitur. Jam verò decisiones juris generales non sunt sententiæ judicis, causam controversam decidentis, sententiæ enim proferuntur in singulas personas & sunt decisiones facti singularis. Jura verò sunt leges quæ generaliter constituuntur. *l. 8. D. d. LL.* Et commune præceptum lex *l. 1. D. eod.* quod & clarissimè definit *l. 3. C. d. LL.* Cujac. *XV. Obs. 8* & ad hoc Edictum in omnibus punctis applicat D. Lampadius *in Lib. cuj. tit.* Gründliche Deduction wegen des Käyserlichen Religion-Edicts *ficto nomine Scipion. Aretini qu. 2. p. 29.* Sic Cæsar generaliter definit, omnia cœnobia esse restituenda. Hic

sanè nemo tam stupidus est, qui non legem generalem esse intelligat. At si decideret Cœnobium, hoc vel illud de quo disceptatum fuit, an post vel ante pacem Rel. esset occupatum, restituatur, tunc esset juris ad factum applicatio. Taceo multa facta in h. genere Cæsari fuisse incognita. Quædam enim in Camera Spirensi adhuc disceptabantur, de quibus per Ordin. Cam. ne licuit quidem Cæsari cognoscere. Commisit Cæsar Commissariis suis juris à se decisi ad factum i. e. monasteria applicationem. Quomodo ergo h. Edictum est applicatio ad factum, cum Cæsari de factis singularibus prorsus nihil constiterit, sed opus fuerit Commissariis, qui hac de re disquirerent. Ipse Cæsar in Edicto dicit multa facta esse dubia, & tamen factis quæ an alba vel nigra sint, ignorantur, jura applicata sunt. Omitto plurimos Imperii Status de suis monasteriis nunquam fuisse judicio conventos, nunquam in Jus ob reformata bona Ecclesiastica vocatos, nunquam citatos. Quomodo

igitur

igitur hi, prætensa hac sententia Cæsareâ ad restituendum condemnari potuerunt? Nemo enim indicta causa condemnare debet. *sec. vulg.* fusius hæc Scip. Aret. *l. c.* Erepta igitur sunt quam multis J. Statibus bona ubi inaudito exemplo habemus sententiam sine Actore & Reo: habemus juris ad factum applicationem, ubi neq; de jure neq; de facto liquet. Non de Jure, quia ipsi Legumlatores adhuc de lege controvertebant. Non de facto, quia nulla omninò de bonis Ecclesiasticis instituta erat actio, nulla citatio Rei, nulla facti probatio, atq; adeo nulla cognitio. Sed respondent Pontificii Catholicos & Evangelicos esse partes. O itaq; præclarum judicium, ubi partes adhibentur in consilium cum sententia ferenda est, quod hic fecit Cæsar, ut copiæ respons. Bavari & alior. ap. Scip. Aretin. *d. tr.* probant. Ex eadem quoq; ratione inter Catholicos & Augustanos neminem alium Judicem esse posse, nisi solum Imperatorem, adfirmant. Atqui Imperator est Catholicus, est pars. E.

nec ipse judicare potest. Propria enim causa dicitur, cujus emolumentum vel damnum ad aliquem suo nomine pertinet *l. 1. §. in propria causa D. quand. appell.* Talis hæc est, ubi Imperator multa commoda habet. Jam verò regulariter nemo in propria causa judicare vel sibi jus dicere debet. *l. 10. D. d. Jdict. tt. C. ne quis in sua caus.* iniquum enim, licentiam alicui tribuere sententiæ in re propria, *l. 17. D. d. Jdict.* & maximè suspectum, nec ullum integrum esse potest judicium nisi partibus & Judice discretis, *l. 13. §. pen. D. ad Sct. Trebel.* Qui tamen minimè hic discerni possunt. Superat fidem quod Fridlandiæ Dux cuidam Principi Evangelico retulit, ipsum Cæsarem in ordinem Jesuitarum concessisse, ac eodem cum illis juramento teneri. refer. Scip. Aretin. *qu. 3. pag. 73.* add. Burgold. *p. 1. Disc. XIV. ad. I. P. in pr.* Idem Autor *p. 2. D. 2. n. ult.* censuram Evangelicor. super Edict. quo de jam agimus, ex *Theatr. Europ. Tom. V. p. 1046.* exhibet. Unde profecto Evangelicis licebat exemplum

plum capere quid de hoc judice sperandum esset. Sincerationibus proinde deceptos esse, qui fidem dederint, facillimè hinc apparet: neq; jure quenquam ex tali Edicto cogi parere aut exequutionem fieri posse. Supra enim Jdictionem jus dicenti impunè non paretur *l. fin. D. d. Jdict.* Ubi nulla imperandi potestas, ibi nulla parendi necessitas; & ubi nulla lex, nulla sententia, ibi etiam nulla exequutio fieri potest. Quid ergo hoc Edictum tandem est? Rei alienæ illicita invasio. Et hoc ut perficerent assumpserunt milites, quos Evangelici ad suum exitium alere contra publicas Imperii leges coacti sunt, sæpius vi nonnunquam Sincerationibus inducti, test. Scip. Aretin. *q. 5. p. 52.*

Ceterùm an causarum ad Pacem Rel. spectantium cognitio etiam ad Aulicum Imperatoris Judicium, Käyserl. Reichs-Hoff-Rahtpertineat, longi subsellii & ad lapsum lubrica concertatio videtur esse Cranio. *Diss. d. pac. Rel. part. 3. probl. 1.* qui fusissimè h. quæstionem

ibid. tractat, & in negativam propendere videtur: quem multi alii sequuntur quos vid. ap. Rumelin. *ad A. B. p. 3. D. 6. th. 5.* Et videntur adhuc eò inclinasse A. 1613 Legati Ordinum Protestant. in Relatione sub dato Regensburg / è quâ nonnulla adducit Cranius *l. c. p. m. 352. seq.*

Quæ sententia inde non parum juvari posse videtur, quod Anno 1564. causa inter Closter Christgarten & Comitem Ludwig von Oettingen vertens, quia, ut sunt formalia, solche Sache ohn Mittel dem Religion Frieden anhengig / â Judicio Aulico ad Cameram remissa. Ad quod etiamsi respondeatur, Imperatorem prædictam causam remittere potuisse, non ex necessitate aut Jurisdictionis abdicandæ causa, sed vel ex urbanitate & in gratiam Protestantium, ne suspectus videretur, vel quod continentia alterius in Camera pendentis causæ aut aliud quid subesset, vel ob alias causas quæ occurrere poterant, magis tamen sec. §. dieweil Sanct. Pragm. *d. A. 1555.* quàm

ex

ex vanis ejusmodi præsumptionibus ac conjecturis incertis judicandum est, siquidem in *d. §.* expresse Cameræ cognitio in causis Religionis & quidem verbis præceptivis s. imperativis committitur, ibi: Wir befehlen. [verba autem ideò ponuntur ut habeant aliquem effectum) nullaq; fit mentio Judicii Aulici. Quicquid ergo non est dictum, habetur pro omisso, & quæ notabiliter fiunt, nisi specialiter notentur, habentur pro neglectis *l. 15. §. 26. D. d. injur.* ac licet observantia testetur, Ordines multoties in Aula Imp. conventos, quorum controversiæ ibi sopitæ sint, Heig. *qu. 9. n. 21. 22. R. J. d. Anno 1512. §.* zum dritten. Magenhorst. *in com. ad ord. Cam. p. 2. t. 27.* Resp. tamen, isti observantiæ semper à statibus esse contradictum, nec posse dici observantiam quæ non contradictorio judicio fuerit obtenta. *l. 34. D. d. LL.* & licet quidam se subjecerint, exinde ad reliquos inferri non posse, cum actus voluntatis non sint in pernicem tertii extendendi, *arg. l. 75. D. d. R. J.* &

res inter alios acta aliis non præjudicet, *l. 10. D. d. jurei.* suum autem ipse jactare, nemo præsumatur. *l. 25. D. d. prob. & præs.* Ad hæc eidem observantiæ clausula derogatoria valdè repugnat in *d. R. J. d. Anno 1555.* quod nulla consuetudo contraria efficax esse & allegari debeat. Deniq; videndum non quid Romæ factum, sed quid fieri debeat. *l. 12. D. d. off. Præs.* At affirmantem probant non solùm Diligens. quos A. alleg. sed & Springer. *d. P. R. c. 14. p. 142.* Autor der Donawerischen: Relat. *p. 2.* Suev. *thes. secul. ad eand. Pac. R. propos. 12. th. 6.* Idq; hodiè ubi quoties Catholicos inter & Evangelicos, vel etiam Catholicis cum Catholicis controversia tertio interveniente existente Augustan. Confessionis, intercedit, & vice versa, utriusq; Religionis Consiliarii pari numero causæ adsunt, eamq; definiunt tanto expeditius est. *Instr. Pac. Cæs. Suec. a. 5. §. 20. vers. ac proinde Circuli.* Nec metuendum amplius, ne ut olim, causa cum voto, mit einem Gutachten / à Judicio Aulico ad secretius

tius consilium Cæsaris referatur, ibiq; sententia vel ejus exequutio ob considerationes s. aspectus Politicos suspendatur, uti in causa Braunschweig contra Braunschweig/das Fürstenthumb Grubenhagen betreffend / & in causa Baden contra Baden / proculdubio & in causa Juliaci Cliviæ, monuerant, quippe Electores Anno 1637. ne id deinceps fieret, sondern das was vom Reichs-Hoffraht cum debita causæ cognitione geschlossen/ im geheimen Raht ohne vorgehende communication mit dem Reichs-Hoffraht nicht solle geendert werden. Qua de re primum aliquid constitutum in *Capit. Ferd. III. art. 44.* ibi: was auch einmahlen; apertius verò in postrema Capitul. Leopoldi *a. 42.*

Pericope III.

Similiter solent Impp. quasdam partes Magistratus civibus relinquere: in belli indictione, collectarum impositione, comitiorum convocatione, eorum

consensum adhibere, statuendi tamen judicium sibi reservare. Sic Augustus potissima arbitrio Principis, quædam tamen studiis tribuum, faciebat. Tac. *I. A. 15.* Tiberius é campo ad Patres transtulit, nec populus adempturn jus questus est, nisi inani rumore. *Id. d. l.* Ita collectas hodie Imp. non nisi cum Ordinum consensu indicit. R. A. d. *A. 1576. §.* weiters. Quod de Rege Galliæ & aliis ferè omnibus affirmat Cominæ. *L. X.* quomodo & prætextus quæruntur, ut sub benevolentiæ nomine præstentur. Besold. *d. erar. c. 4. th. 2. n. 1.* vel reversales dentur gratis eas oblatas. Sixtin. *d. regal. L. II. c. 14. n. 19* Jac. Casell. *var. 2. c. 8.* Quo spectant etiam privilegiorum concessiones Boccalin. *cent. 2. Rag. 1.* continuare imperia Tac. *I. A. 80.* pro tempore à Rep. abesse. *Id. d. l.* Senatus autoritatem respicere *III. A. 35. 60.* in eo Orationes habere. *l. 16. D. d. Sponsi. l. 32. d. donat. int. vir.* Wes. *par. d. Senat.* Si quis pœnâ afficiendus, legibus puniendi potestatem dermittere, Tac. *III. A. 69.*

su-

superbis titulis abstinere, sic Regis nomen sprevit Philippus Macedo. Justin. *L. VII.* Cæsaris, Vitellius Tac. *I. H. 62.* Domini Augustus Sueton. *in Octav. c. 53.* Patris patriæ Tiberius Suet. *in Tiber. c.* 26. Arnisæ. *d. I. Maj. c. 1.* In speciem. Revera privilegiis plebem dementare, ut dominantis Imperio acquiescat, & ex novis rebus tuta & præsentia magis quàm vetere & periculosa velit. Tac. *I. An.* 2. Gryphiand. *d. arcan. pol. th. 127.* imperia pro lubitu adimere. *IV. A.* semper in capite rerum manere. *I. A. 47.* Forstner. *in not. pol. d. l.* decisionem in Senatu sibi sumere. *l. fin. C. d. LL.* Bacch *ad §. 5. I. d. I. N. G. C.* ejus conventus pedetentim inhibere. Val. Forster. *d. JCd. Rom. lib. 1. c. 2. n. 17.* Heig. *ad §. 6. d. I. N. G. C. n. 5.* Bodin *1. d. Rep. 10.* merum imperium sibi sumere *l. 1. D. d. off. ei. cui. mand.* potentiam gratis nominibus stabilire. Sic perpetua Dictatura sibi viam ad dominatum præparavit Julius Cæsar, Sueton. *in Jul. n. 76.* Tribunitio jure Augustus primò contentus

Tac. *I. A.* 2. posteà Censura, Pontificatu, Consulatu regalem potentiam præmunivit, Vell. Paterc. *l.* 2. & tandem nomine Principis omne imperium suscepit, Tac. *I. A. 1.* Quis ergo non cum Tacito erumpat: *abditi Principis sensus, & si quid occultius parat, exquirere illicitum, anceps. VI. A. 8.* arcanæ ejus cogitationes, nec quivis eas intelligit. Comin. *L. IX.*

Annot.

Olim Darius Institoris s. Quæstoris agnomen inde tulit, quod ejus auspicio primùm contributiones, mediocres tamen & planè tolerabiles cogi cæperunt, cum cæteri Persarum Reges non, nisi spontanea munera à subditis sumpsissent. Herod. *L. 3.* quod ipsum de veteribus quoq; Germanis Tacitus *in Lib. d. mor. Germ. c. 15.* testatur, qui propterea tributa linguâ vernacula Bethen/ qs. erbetene Einkunfft vocarunt. Negitur hodie, ubi tam variæ collationum species excogitatæ sunt, ut numerari vix

quæ-

queant, (præter illos enim quos *Klockius*, *Besoldus*, *Maxim.* Faust ab Aschaffenburgk / & alii in suis comment. habent, specialiores collectandi modos amplitudo regionis, species proventuum, commercia, incolarum genius, & rei hujus Practici experti quotidiè adhuc suppeditant) eadem cum Dario vel etiam asperiora Principes audire, aliave incommoda subire cogantur, sed potius subditorum erga se benevolentiam ac promptitudinem obsequi conservent, consensum illorum ex optimo consilio in *collectarum* ac similium onerum impositione adhibent, cum hac ratione volentibus injuria fieri non videatur. Non enim nesciunt Imperantes tutius esse verbis capere, quàm manu militari refractarios ad obsequium cogere, conf. *Princ. Pat. §. II. & VII.* subditosq; quod de Britannis Tacitus habet *in Agricola c. XIII.* injuncta imperii munia impigrè obire, si vis & injuria absint, has ægrè tolerare, id quod alibi idem Scriptor exemplo Frisiorum confirmat. *IV. A. 27.* Ita quondam

dam Eduardus IV. Angliæ Rex collectam subditos oravit voluntariam, quantum unusquisq; dare vellet ad demonstrandum amorem & affectum quem erga Regem gereret. Unde sanè Charitativum & benevolentiæ pecunia ita crevit, quatenus quis nec affectu à vicino vinci voluit. Polyd. Virg. *Li. XXIV. Histor. Angl.* simile exemplum de Constant. Chloro ap. Pezel. *p. 2. p. m. 254.* Hinc porrò in reliquis etiam negotiis etsi arbitrium statuendi & norma loquendi sit penes Imperantes, hi tamen in speciem consultandi potestatem Proceribus aut Ordinibus relinquunt, ad Comitia eos vocantes. Plus enim autoritatis & paratius obsequium merentur, quæ ab omnibus aut loco omnium à præcipuis probata sunt, gratiusq; reddit imperium Imperantis cum optimis Civium consultatio, cùm minus in publicum detrimentum directa sibi quisque persuadeat ea, quibus dirigendis Auctores fuerũt Viri primarii & publicæ salutis studiosi. D. Gerhard. *d. Parlam. Gall. §. III.* Tale Augustus γλαύκωμα

Ro-

Romanis objecit, qui nomine Principis summam potestatem adeptus Comitiorum pristinum jus puta à I. Cæsare introductum, Sueton. *c. 41.* reduxit. Id. *in Augusti. c. 40.* ita tamen, ut dicis tantum causa Senatores in consilium adhiberet, cum quod ipse jam statuisset, suâ illi autoritate infirmare aut interrumpere non possent, ut pedaneus saltem non constituens Senatus. v. D. Bœcler. *Diss. in Octav. Cæs. n. XII.* quem *Zeuecotius*, ob id vaferrimum vocat, ut qui mutatâ Reip. formâ solus omnia invasurus, paulatim insurrexerit, ut nec illi id eum velle credere aut fateri auderent, qui aliud eum non agere quotidie videbant. *observat in Flor. L. III. c. 15.* Ut proinde harum artium ignoratione *Xiphilinus*, vel etiam favore peccasse videatur, qui populum Rom. ideò Augustum luxisse autor est, quod salubriter Regnum cum Rep. miscuisset. Nec minus Tiberius, qui Augusti dicta factaq; vice *legis* observabat, vim Principatus sibi firmans imaginem antiquitatis Senatus præferebat, postu-

postulata provinciarum imò pleraq; ad dispositionem Patrum mittendo: in tantum, ut Crispus timeret, ne vim Principatus ab Augusto acceptam ille resolveret. Tac. *I. A. 6.* qui tanq. vetere Rep. & ambiguus imperandi ne Edictum quidem quô Patres in curiam vocabat, nisi tribunitiæ potestatis præscriptione posuit sub Augusto acceptæ. Id. *c. 7.* qui etiam de legendo vel exauctorando milite, ac legionum vel auxiliorum descriptione, ad eundem retulit Senatum. Sueton. *in Tib. c. XXX.* & ad extremas Libonis preces respondit, ut Senatum rogaret Tac. *II. A. 30.* quò sc. pœnæ invidiam ac truculentiæ suspicionem unà amoliretur: quo fine aliàs regnantes non tantum legibus puniendi potestatem permittere, de quo. *Aut. h. l.* ad *Aut. tr. d. Summ. Princ. Germ. pot. c. 9. pag. 135. ubi insigniter Germanos peccare scribit, quod plerorumq; delictorum pœnas non legibus definire, sed arbitrarias facere voluerint.* Sed & tempore infligendæ facinorosis pœnæ copiam sui haud denega-

re,

re solent, ne immites ac sævi videantur subditis. Quod observari in Gallia memorat Gramond. *L. XV. Hist. p. 700.* ibi: *Chalesius audita sententia quæsiisse fertur, ubi Rex ubi Gasto forent, auditoq; urbe utrumq; abstitisse, Ergo*, inquit, *morbus remedio vacat.* Le Bleu. *Sceptrog. Salom. corol. 9. & ult.* Tales crebrò se gerunt imperantes, non ex juris aliqua necessitudine, sed per artem quandam prudentiæ, per quam interdum mandatis promissiones adjungunt, rerum quas nec debent mandantes neq; exigere possunt obsequentes; vel etiam formula precandi utuntur in iis, quæ vim jubendi habent. Quibus precum blanditiis quin minæ potestatis insint dubitari nequit. D. Bœcler. *Diss. Acad. V I. d. Relig. mand. p. 229. f. seq. pr.* juxt. vulg.

Est rogitare Ducum species violenta jubendi

quo spectat illud Ausonii ad Theodos. August.

Scribe-

Scribere me Augustus jubet, & mea carmina poscit
Penè rogans, blando jus latet imperio.

Ut proinde non semper Comitia signum & Character sint mixti Imperii, quoties sc. non talia sunt qualia nostri J. quibus fatente D. Bœclero *in annot. ad Grot. J. B. P. L. l. 6. 3. n. 10.* nihil habet Orbis simile, neq; potestate decernendi s. participatione summæ potestatis pollent, sed vel autoritate consilii censentur, vel dicis causa & ad fucum populo faciendum habentur. Cujusmodi congregatio olim ab Augusto facta, & nostro tempore Cromvvelii ille conventus fuit, quem ex centum quadraginta sectariis & Enthusiastis nominatim convocarat, de quo *Autor Commentarioli rerum in Angl. nuper gestarum* p. 48 *Senatulus iste* inquit, *per aliquot menses sessionem continuav nat, quam precaria se potestate & alieno arbitrio agere animadvertens sua Comitia sponte dissolvit, traditag.*

Crom-

Cromwello, quam ab illo acceperat, autoritate, viam imperio inhianti ad dominationem sternit. Nec adeò attendendum ubi comitia sunt, quàm quomodo illa sese habeant, qua de re ex legibus & descriptione cujusq; Reip. judicandum est. D. Bœcler. *l. c. Diss. d. Different. Regn. sup. alleg. th. XV.* Is Hedærus *Diss. d. jur. Reg. Suec. p. 27. f. & seq.* De Galliæ Parlamentis quæ nihil aliud sunt quàm Instrumenta Regum per quæ pro lubitu imponere possunt populo. Conf. Burgold. *p. 1. D. 6. ad Instr. Pac. Cæsar. Suec. pag. 184. edit. in 4to.* ad. Hotoman. *in Francogallia c. 27.* Limn. *d. Notit. R. F. Tom. I. L. 22. c. 11. lit. ff. p. 683.* D. Gerhard. *Discurs. Exoter. d. Parlament. Gall. §. III.* D. Le-Bleu *in Liliet. p. 132. seq.* Ediverso qui partem aut semissem Comitiorum saltem habent, altero statibus relicto, vel planè negligendo ea ut Ferdinandus olim II. test. Hippol. à Lap. *p. 2. d. R. S. Imp. R. G. c. 3. f. 1. p. 347.* vel quacunq; etiam ratione odiosa Ordinibus reddendo, potentiam absolutam sibi vel

domi-

dominatum adquirere sæpius nituntur. Hinc Dn. d. Monzambano *Lib. d. Stat. I. Germ. c. V. §. 24.* ait, suspicari nonnullos, moras & impensas Comitiales ère Cæsaris esse, ut earundem tædio fessi Ordines à Comitiis abhorrere incipiant; quæ aliàs libertatis servandæ efficacissima media creduntur. Pertinet siquidem *monente Politico*, ad instituta Monarchia, cives à publicis negotiis his artibus arcere, ut si sint tenuioris aut mediocris fortunæ, ipsis dum à familia absunt, nulla præmia, stipendia aut sumptus, quibus dum publicis consultationibus adsunt, vivere possint, præbeantur: Sed & tempus consultationum ita trahatur ut etiam ditiores aut tædio victi, aut quod per multos menses à rebus suis abesse nolint, neq; fortassis possint, è Comitiis discedant. Dn. Herden in der Grundvest des Heil. Römischen Reichs *p. 1. cap. 3.*

Eodem consilio ac proposito quo populum consultare permittunt, eidem & *privilegia* interdum Imperantes metu

haut

haut vano adacti concedunt, uti innuit *Aut. h.* demulcendi nimirum illius causa ut dominantis imperio lubens acquiescat. Præterquam enim quod talia isthæc plerumque soleant esse, quæ se non extendunt ad regalia vel jura superioritatis, offuciæ sub illis latent, nec alio fine populo majora præsertim privilegia conceduntur, quàm pueris plorantibus, quibus omne ludicrum in pretio est, crepundia, auferenda rursus cum plorare desierint. Es sind simulacra damit grosse Herren ihre schwirige Unterthanen wie die weinende Kinder mit den Docken geschweygen/ und selbige hernacher mit sonderbarer Manier wieder hinweg nehmen. Ut decus illud Romanæ indolis Traj. Boccalini scribit *cent.* 2. *ragguagl. 1.* cit. Besold. *d. arcan. Rerump. cap. 4. & ult.* quoniam enim subditi per privilegia accedente divitiarum cumulo insolentiores fieri, eaq; nimis latè interpretari, (ut plus in usu esse debeat, quàm in concessione est) vel etiam intempestivè, quando nim bellum aut alia necessitas publica

ingruit, allegare solent, ut sint nihil aliud tunc, quàm cultellus in manu infantis, & flamma ardens inter furiosi digitos; (quo pertinent rythmi seqq. Germanici, quos Gluckstadii aliquando se legisse ait Bruno, & in erudita *Diss. d. pact. publ. & priv.* quoq; extare voluit,

In dieser Kasten ist verwahrt
Ein stoltzes Thier von böser
arhr/
Privilegium ists genandt/
Verwirret manche Stadt und
Landt.

Quò item respexit Maximilianus I. Carolum IV. Imp. supra modum, Imperii statum privilegiis cumulantem, *Vitricum Imperii* appellans) quis vitio vortet Regnantibus, si illa iterum privilegia dubia vel irrita faciant, cum ad bonum publicum id referatur quod virus & quicquid durum h. in re videri poterat, absorbet: & aliàs etiam Privilegia conventionalia s. ex causis onerosis acquisita [nedum in speciem

ſpeciem & coacta ex voluntate collata) publica utilitate ſ. neceſſitate id efflagitante, revocare liceat. *l. 5. D. d. decret. ab ord. fac. R. J. d. A. 1559. tit:* von der Münzordnung §. wo aber jemand. *Capitul. Ferd. III. A. 37. A. B. c. 13.* adeò, ut & exteris conceſſa privilegia ſaluti publicæ minus obſtare. Eliſabetha olim Angliæ Regina judicaverit, cum Hanſeaticis privilegia obtendentibus reſponderet de Holcadibus interceptis: *aliter ſe facere non potuiſſe, niſi perniciem ſibi & ſuo populo attrahere maluiſſet. Privilegia quæ ſunt leges privatæ, contra publicam ſalutem, quæ Lex ſuprema, non aſſerenda.* Cambden. *part. 4. a. 1589.* Qui prohibere vult, ne ægri eo utantur, quod valetudini nocet, id primò omnium ex oculis eorum amovere debet. Quod enim ſemel fuit conceſſum, ſemper exceditur, præſcripta dietæ lex in nimium extenditur, & tandem eò devenitur, ut, quod cum certis quibusdam conditionibus licebat, liberrimè & abſolutè fiat, inprimis ſi illius rei conceſſæ

dulcedine sensus nostri afficiantur. Maluez. *in Tarquin. Sup. p. m. 91. latinitate donatus à Generos. & Illust. J. Kruuss. I. F.* Quare Augustus etiam confœderatas quasdam urbes, ut Cyzicum, Sidonem, Tyrum, alias, *ex Dione & Strabone* Casaubon. *ad ist. loc.* Sed ad exitium licentia præcipites libertate suisq; privilegiis privavit. Suet. *in Oct. Aug. c. 47.* Olim, ut hoc obiter addam, Lege hac XII. Tabular. *Privilegia ne inroganto.* ne uni, vel pluribus personis privilegia darentur, prohibitum erat. Cujus hæc ratio fuisse videtur, quod in statu Aristocratico aut Democratico iis tq. æqualitatem concordiamq; turbantibus locus facilè esse nequeat. *Conf. Disp. d. privileg. Jenæ sub Præsid. D. Strauchi hab. & hujus pag. 8. ibid: allegat: Differt: d. Constit. Princ. §. 30.* Sed hæc obiter.

Superbis titulis abstinere.] Ita Augustus, qui semper auram popularem captavit, ut vulgus sibi benevolum redderet, quod perspexerat nomen Regis invisum esse populo, abjecit & Domini titulum

tulum Suet. *in Octav. c. 53.* Romæ itidem infensum. Unde Martialis

Frustra blanditiæ venitis ad me.
Dicturus Dominam Deumq; non sum,
Jam non est locus hac in urbe vobis.

Tractatum etiam fuit in Senatu, an, quia condidisset Imperium, Romulus vocaretur: Sed sanctius & reverentius visum est nomen Augusti, ut sc jam, dum coleret terras, ipso nomine & titulo consecraretur. Flor. *IV. c. ult. f.* Patris Patriæ tamen nomen suscepit, ut ex quotidiana hac factorum memoria plebem arctius sibi obstringeret, securiorq; de Imperio esset. Diversus ab eò Tiberius, qui nomen Patris Patriæ, quod Cæsari olim præter cætera nimii honoris insignia invidiosum esse didicerat, Sueton. *in J. Cæs. c. 76.* à populo sæpius ingestum repudiavit, acerbèq; increpuit eos, qui divinas occupationes, ipsumq; Dominum dixerant. Tac. *II. A. 87.* neq; in acta sua jurari, quanquam censente Senatu, permisit;

cuncta mortalium incerta, quantoq; plus adeptus foret, tanto se magis in lubrico dictitans. Id. *c.* 72. Non aliter nostro seculo Oliv. Cromvvellius Regio abstinere maluit titulo; qui tamen nomine Protectoris Regiam certè vim exercuit, prioribus Regibus negatam. Probè ergo hîc notandum quod alicubi Grotius monet [*I. d. I.B.P. 3. 10.*] *in dignoscenda Rep. primam cautionem esse debere, ne decipiamur ambiguô nominis sono, aut rerum externarum specie.* Multi enim, [quò spectant exempla paulo ante adducta] etiamsi plenâ absolutâq; potestate gauderent, superbiam tamen titulorum utpote invidiæ odiiq; plenam, spreverunt, conscii ejus, quod Cosmus Florentinus jactasse fertur: *A un Prencipe non conviene ambir l' eccellenza de titoli sopra gli alteri; ma che deue contentarsi della possanza in nece del titolo.* h. e. *Non convenire Principi, ut titulorum præ aliis excellentiam ambiat, sed invicem tituli, potentia contentum esse debere.* Quod in hunc usq; diem magni Etruriæ Duces ob-

obſervant. D. Boſius *d. Character. beat. Reip. §. X.* Cujus arcani cum rebelles in Gallia Principes de novo Rege eligendo deliberarent, & partium dux Mainius Regni Candidatus eſſe crederetur, gravi epiſtola à Viro magno ſerio admonitus fuit, ne ſc. tantum vanæ ambitioni concederet, ut fortunam ſuam ac ſalutem ſineret periclitari. Imperare illum jam omnibus, & nihil ad Regnum niſi nomen deeſſe; magnificum illud quidem & calidis multorum votis expetitum, ſed adeo nihil ad pacem & ſecuritatem obtinendam faciens, ut eas potius una cum ſpe erepturum eſſe videretur. Revocaturum enim ſtatim auxilia ſua Hiſpanum, ipſum tantum regnaturum precariò, & niſi actiones ſuas omnes non regiè ſed ſerviliter penè omnibus exactè probaverit, non defuturos ſtatim aliquos, qui novi Regis autoritatem ſuam injuriam eſſe interpretabuntur, & in ſingula malignè ac invidiosè inquirent, adeò, ut qui jam ut partium duci non inviti parent, ut Regi parere ſint detrectaturi. Præſtare

ideò veram sine nomine potestatem, quàm nudum ac inane sine potestate nomen. Zevecot; *Obs. in Flor. L. III. c. 16. p. m. 463.* Stolidum videtur non contentum esse potestate, gloriari insignibus quæ nihil conferant. D. Mev. *Diss. VII. ex II. A. Tac. 155.* De titulis insolentibus à nonnullis Rom. Principibus & aliis Regibus usurpatis, eorumque vanitate, v. Schonborn. *II. Pol. c. 26.*

Pericope IV.

Exemplò res quia fit clarior, age proponamus ex historia veteri optima in Principatu Sincerantium exempla, patrem Augustum & privignum Tiberium. De Augusto Tacitus *I. A. 2.* ait: ubi militem donis, populum annonâ, cunctos dulcedine otii pellexit, insurgere paulatim, munia Magistratus, legum in se contrahere, nullo adversante, cum ferociſſimi per acies aut proscriptione cecidissent, cæteri nobilium quanto quis servitio promptior opibus & honoribus ex-

extollerentur, ac novis ex rebus aucti, tuta & præsentia, quàm vetera & periculosa mallent. *At dicat quis ubi, & quæ hîc salus Reip. quæ in Sincer. attendi debeat?* Præsto Taciti verba *d. l.* Neq; provinciæ illum rerum statum abnuebant, suspecto Senatus, populiq; Imperio ob certamina potentum & avaritiam Magistratuũ, invalido legum auxilio, quæ ope, vi, ambitu, postremò pecuniâ turbabantur. Et hoc alibi JCtus exprimit, necesse erat Reip. per unum consuli. *l. 2. §. 11. d. O. J.* & Tacitus ipse *I. A. 9.* non fuit aliud discordantis patriæ remedium, quàm ut ab uno regeretur. Et *c. 6.* ea fuit conditio imperandi, ut non aliter ratio constaret, quàm si uni redderetur. v. Besold *d. arcan. pol. c. 2. n. n. 6.* Instit. *Salus quod exigit, dolo non posse dici extortum?* Resp necesse est ut cum Tac. *c. 10.* Augusti mores, personam, regimen, tempora, distinguamus. Pietatem, *inquit*, erga parentem & tempora Reip. obtentui sumpta, cæterum cupidine dominandi concitos per largitio-

nes veteranos, paratum ab adolescente privato exercitum, corruptas Consulis legiones, simulatam Pompejanarum gratiam partium, mox ubi decreto Patrum fasces & jus prætoris invaserit, cæsis Hircio & Pansâ utriusq; copias occupavisse, extortum invito Senatu Consulatum, armaq; quæ in Antonium acceperat contra Remp. versa; proscriptionem Civium, divisiones agrorum, ne ipsis quidem qui fecêre laudatas. Sane Cassii & Bruti exitus paternis inimicitiis datos, sed Pompejum imagine pacis, sed Lepidum specie amicitiæ deceptos, post Antonium Tarentino Brundusinoq; fœdere & nuptiis sororis illectum subdolæ affinitatis pœnas morte exsolvisse. V. eleg. Forstner. *in Not. Pol. ad. h. l.* At Tiberius qualis? totus Chamæleon & versipellis. Suspensa ei semper & obscura verba Tac. *I. A. 11.* ingenium abstrusum. *c. 24.* nitens sensus suos abdere *c. 11.* oratio in speciem magis adornata, quàm ut penitus sentire videretur *c. 52.* soliti ambages *III. A.* Sueton. *c. 24.* speciosa verbis, re inania

aut

aut subdola disserens, quantoq; majore libertatis imagine tegebantur, tanto eruptura ad infensius servitium. *I. A. f.* Ethanc dissimulationem ex omnibus virtutibus suis maximè diligebat *IV. A. 71.* quæq; eum cum vires & corpus, non deseruit. *VI. A. 50.*

Annot.

Hactenus quæ proposuerat *Autor*, gemino jam Augusti & Tiberii exemplo ex C. Tacito, quo nemo Historicor. secund. Boxhorn. *Apolog. advers. Dialogist. p. 14.* majorem simul conjunxit & rerum & dicendi majestatem, illustrat. Unde simul deprehendimus, sub initiis præsertim Principatus, adeoq; in Imperio acquirendo, quoties sc. per cuniculos quis irrepere conatur, Sincerationibus opus esse. quippe solent primæ dominandi spes esse in arduo: ubi sis ingressus adsunt studia & ministri, Tac. *IV. A. 7.* De Augusto eleganter Tacitus. *Ubi militem donis populum annona, cunctos*

dulcedine otii pellexit. h. e. Augustus non statim ab infami illo parricidio J. Cæsaris, quem in curia Brutus, Cassius & reliqui tribus & viginti vulneribus interfecerant, in insignia & Regalia imperii involavit, sed Sincerationibus, dolis, populum & militem decipiens, contentus Triumviratus nomine, quem cum Antonio & Lepido gessit, exspectavit, donec, exuto Lepido interfectoq; Antonio solus Julianis partibus superesset. Populus quidem Rom. Cæsare & Pompejo trucidatis rediisse in statum pristinæ libertatis videbatur: Et redierat, nisi aut Pompejus liberos, aut Cæsar heredem reliquisset. Flor. *IV. c. 3.* Hanc hereditatem Augustus ne appetens Imperii videretur, sed ut voluntate populi regnaret, variè adquisivit: *militem donis*, concesserat veteranis totos agros ob benè merita in militia præstita, ut eos colerent, & in præmium pro exantlatis laboribus haberent. Flor. *L. IV. c. 5.* Sueton. *in vit. C. O. Cæs. c. 10. Populum annona*, in civilibus illis bellis frumentum

tum, & reliqua vivendi media ferè erant sublata, ergo ut sibi faciliorem aditum ad imperium & gratiam populi haberet, Ægyptum in eoq; Alexandriam populi Rom. horreum constituit, unde quotannis innumeræ naves ad alendum populum Rom. soluerent, & in Ostiæ portu subsisterent. v. *Sil. Ital. & Lucan. in Carm. ali: Cunctos dulcedine otii pellexit.* Ubiq; enim certa atq; continua sub Augusto aut pax aut pactio fuit, aususq; tandem Cæsar Augustus septingentesimo ab U. C. anno Janum Geminum cludere bis ante se clausum sub Numa Rege, & victa primum Carthagine Flor. *IV. c. ult. f.* Sueton. *in Octav. August. c.* 22. Hæ artes primæ, initia moderata, fundamenta futuræ potentiæ. Certus his Augustus tum ut pergit Tacitus, *insurgere paulatim, munia Senatus,* in cujus consensum Pyrrhi Legatus admissus interroganti Regi Urbem templum sibi visam, Senatum Regum conventum respondit. Flor. *I. c. 18. magistratuum legum in se tnhere*, vel etiam

successori capienda tradere; ita quidem ut inania nominum ac splendoris externi transmitteret ea ipsa suo tempore involanda, exemplo Jovis ap. Poetam, à quo cum Juno peteret

Ne velit indigenos nomen mutare Latinos
Neu Troas fieri jubeat, Teucrosq; vocari:
Ac vocem mutare viros aut vertere vestes.

Intellecta facilitate petitionis exaudiendæ, quò cum pace Junonis ad majorum eventus rerum perveniret.

Olli subridens hominum rerumq; repertor,
Do quod vis, & me victus q; volens q; remitto.

Cyr. Lentul. *ad præmissa Tacit. Verba*: ubi jura Imperii juxtim ac antiqua Senatus munia si non omnia, præcipua tamen exemplis & autoritate scriptorum communita, enumerat, ac penes Augustum, ceterosq; Impp. fuisse ostendit. Et quidem

dem perfecit *nullo adversante*. Qui hoc? Decepti jam Sincerationibus, & otii cupidine illecti priscam severitatem exuerant. Loquatur ipse Tacitus, *cum ferocissimi per acies aut proscriptione cecidissent.* Repete ex aliis Historicis exitus, obitus, abitus, fugam Cassii, Bruti, Lepidi, Antonii &c. & habebis ferocissimorum qui Augusto obniti poterant, casus. Aliorum bona in fiscum redacta, Lex Majestatis exercita, unguesq; præcisi, ne quid tentarent acrius. test. Tac. Suet. & aliis. *Cæteri nobilium, quanto quis servitio promtior, opibus & honoribus extollerentur, ac novis ex rebus aucti tuta & præsentia quam vetera & periculosa mallent.* Hoc caput Sincerationum: honoribus mactantur, decipiuntur, præsentia tuta illis persuadentur, reliqua periculosa. O rectè hic dicat quis cum Tiberio, *Homines ad servitutem natos! Tac. III. A. 65.* Sed quæ hic salus Reip? *Neq; provinciæ*, inquit Noster Tacitus, *illum rerum statum abnuebant, suspecto Senatus Populiq; imperio, ob certa-*

mina potentum & avaritiam Magistratuum, invalido legum auxilio, quæ vi, ambitu, postremò pecunia turbabantur. Sanè provinciarum salus hic in ambiguo: Experta erat Resp. Rom. non unam gubernandi formam Regiam sub Regibus, Optimatium tempore Consulum, conf. *D. Puffendorf. Diss. Londin. Scan. A. 1669. exhib. d. Form. Reip. Rom.* nec tamen firmari poterat & ad compagem solidam reduci Reip. corpus. Certamina potentum in medio erant, Grachiani motus, Drusianæ Apulejanæ seditiones in meditullio urbis conflatæ. Quid non inexplebilis Marii honorum fames excitavit, parricidiale illud bellum quod cum Sylla gessit, ubi in media urbe & foro qu. arena cives cum civibus suis gladiatorio more concurrerent, eo usq; sævientibus odiis, donec qui occiderentur, deessent. Flor. *III. 21.* Ne hic longè vocem Catilinarias conjurationes Id. *IV. c. 1.* Jul. Cæsaris & Pompeij lanienas, quibus Thessalicos agros urbemq; Romam imbuerunt. Hic sanè Resp. pupilla, parente orbata, tuto-

tutorem si non alium Dominum expetebat. Avaritia quoq; Magistratuum quanta? quis unquam ferè ex provinciis rediit, qui non peculatus, repetundarum, vel residui crimini obnoxius? v. Savil. *in L. I. H. Tac. p. 177. seq.* hinc multæ illæ Juliæ Leges & Calpurnia scita huic rei prospectum voluerunt, &, ut solet in corruptissima Rep., fuerunt infinitæ hujus rei vindices. Testatur Tacitus, ut antea flagitiis sic tunc legibus fuisse laboratum. Fuisse quidem corrigendis moribº Pompejum dilectum, sed graviorem fuisse remediis quàm delicta erant, suarumq; legum autorem & subversorum. *III. A. 28.* Mirum igitur non est quod invalidum legum auxilium Tacitus hîc dicat. Vi, ambitu, pecuniâ, acies legum hebetata, Magistratus ipsi constrictam manum habebant; quæ ergo legum auctoritas, cum nulli sunt qui jura exequi possint. *l. 2. §. 13. D. d. O. J.* Magistratus animata Lex, Lex mutus Magistratus: alterum sine altero claudum & mancum. Verbo dicam: nihil usquam prisci & integri moris. Et

salva

salva ut Seneca *V. d. Benef. 16.* loquitur, Roma esse non poterat nisi beneficio servitutis. Non poterant medicinam dare Optimates, quorum multi ad plebem transierant, multo minus discors populus; sed necesse erat Reip. per unum consuli, & ut Tacitus *I. A 9.* ait, non fuit aliud discordantis Patriæ remedium, quàm ut ab uno regerentur. Nec quod Roma à factionibus immuni & augendo Statui ac libertati suæ planè atq; unicè intenta L. Bruto olim prosperè successerat, de quo Tacitus statim in exordio *Lib I. A. Urbem Romam à principio Reges habuere; Libertatem & Consulatum L. Brutus instituit.* Corruptâ jam civitate M. Bruto possibile aut sperandum erat. Unde sanè luce meridiana clarius, quod salus Reip. Augustum vocaverit. Hæc illa causa, cur Romani tuta & præsentia quàm vetera & periculosa malebant. *Ob salutem verò Reip. quod factum, quomodo dolo extortum dici potest?* Poterat aliquis cogitare bene merita erga Populum Rom. illam dignitatem Augusto peperisse

rissse, ut qui jus ap. Cives, modestiam apud socios, urbem ipsam magnifico ornatu excoluerit, quam lateritiam invenerat, auream reliquerit, pacem Orbi terrarum restituerit, pronumq; in omnia mala & in luxuriam fluens seculum, gravibus severisq; legibus coercuerit. Sed bona verba: Judicio hîc opus, ne decipiaris, utq; mores, regimen, personam &c. Augusti cum A. ex Tac. distinguas ad. D. Bœcler. *Diss. Pol. in Sueton. C. Octav. Cæs. Aug. n. IX.* cum præsertim in legendis autoribus discernere diligenter oporteat, qua quidq; mente factum sit, quo facientis consilio gubernatum, prout alibi docet *Id.* D. Bœcler. *in Diss. d. Polit: Lips. c. 5.* vel in istum finem, ut dum quædam siniſtro proposito sanè, sed bonis sententiis ac rationibus geruntur, segregatâ easdem personæ hypothesi, rectè atq; ordine rebus accommodare queas. De Augusto, primo ac vero ultimæ Monarchiæ conditore ac Monarcha (non tantum amplificativè sed etiam inchoativè, uti asserit Aut. n. *in Diatribe Histor. Jurid.*

Jurid. ad c. 2. v. 1. & 2. Luc. Evangel. d. censu ab Augusto per orbem acto. n II. jam audivimus. At Tiberius qualis? Resp. Autor, Totus Chamæleon & versipellis. Et his artibus (fortè etiam quod ipso vivente omnes virtutes exprimeret, Richter. *part. 1. ax. CCCXC. ex. 2.*) Augusto ita placuit, ut quo pluribus hic subsidiis ac munimentis insisteret, filius, collega Imperii, tribunitiæq; consors potestatis adsumeretur, non obscuris ut ante matris Liviæ artibus sed palam hortatu: quod ubi factum jam esset, ulterius adhuc Senatui persuasit, imò illusit. quò sc. vocatus electusq; potius à Rep. videretur, quàm per uxorium ambitum & senili adoptione irrepsisse. Versas enim ad se illius preces Tiberius modestiam simulans repudiavit, de magnitudine Imperii disseruit, solam D. Augusti mentem tantæ molis capacem; se in partem curarum ab illo vocatum, experiendo didicisse, quam arduum quam subjectum fortunæ cuncta regendi onus, proinde in civitate tot illustribus

bus Viris subnixa non ad unum omnia deferrent, plures facilius Reip. munia sociatis laboribus exsecuturos. *I. A. 11.* Acutè hic Tacitus ut omnia. Plus *inquit*, in oratione tali dignitatis quàm fidei erat, Tiberioq; etiam in rebus quas non occuleret, seu natura s. adsuetudine (quæ interdum id præstare potest, ut quod naturale non est inter naturalia numeretur. Maluez *in Tarquin. sup. p. m. 103.*) Suspensa semper & obscura verba: tunc vero, nitenti ut sensus suos penitus abderet, in incertum & ambiguum magis implicabantur. Ingenium sanè aptum natum ad Sincerationes. Si unquam qui decepti, certè à Tiberio, & quidem illi qui vel adulatione, Tiberii facta approbarent, vel tacitè Reip. formam tunc in Monarchia constitutam labefactabant. Simulat igitur Aristocratiam fore Imperio commodiorem: Sed non cupit. Abditas mentium latebras in Senatoribus perquirit, ut removere possit dissentientes. Inter quæ Senatu ad infimas obtestationes procumbente, dixit

xit forte Tiberius, *se ut non toti Reipubl. parem, ita quæcunq; pars sibi demandaretur, ejus tutelam susceptorum.* Tùm Asinius Gallus, *interrogo*, inquit, *Cæsar, quam partem Reip. mandari tibi velis?* Perculsus improvisa interrogatione paululum reticuit, dein collectò animô respondit: *Nequaquam decorum pudori suo, legere aliquid aut evitare ex eo, cui in universum excusari mallet.* I. A. 12. H. ut sincerè Galle, sed tibi regula ut cautius discceres mercari, haud libera ora & linguas sub dominatu uniq. Etiam Q. Haterius & Mamereus Scaurus suspicacem Tiberii animum perstrinxere. Haterius cum dixisset, *quousq; patieris Cæsar non adesse caput Reip.?* Scaurus quia dixerat, *spem esse ex eo non irritas fore Senatus preces, quod relationi Consulum jure Tribunitiæ potestatis non intercessisset*, in Haterium statim invectus est: Scaurum, cui implacabilius irascebatur, silentio transmisit c. 13. Nullam quippe Tiberius tam ex virtutibus suis ut rebatur, quàm dissimulationem dili-

diligebat, eò ægrius accepit recludi quæ premeret *IV. A. 71.* quem cum jam corpus & vires nondum tamen dissimulatio deseruit *VI. A. 50.* donec tandem fessus clamore omnium, expostulatione singulorum, flectere paulatim inciperet, non ut fateretur suscipi à se Imperium, sed ut negare & rogari desineret, remotisq; quæ obstabant, vera artificis prodiret facies. Nam morum tempora illi diversa: quod discas ex Tac. *L. VI. A. c. ult.* ad. D. Bœcler. *Diss. Pol. in Tiber. Cæs. n. XI.*

Pericope V.

In Aristocratia Sincer. adhibentur vel contra *plebem*, vel contra *Regnum*. Contra *plebem* dum ab honoribus non planè arcetur *Liv. L. 8.* sed ejus quædam ratio habetur, *Id. L. 4.* ita tamen ut impunè à Comitiis abesse possit, quo malo magnitudine nimiâ curarum expers privata cuiq; stimulatio erit, vile decus publicum, Tac. *I.H. 89.90.* maximè si primores

mores nulla plebem affectum iri injuria ex recepto Athenienſium juraverint. Ariſtot. *V. Pol. 9.* Clapm. *2. c. 9.* vim Tribunorum propriis interceſſionibus frangi faciant. Liv. *L. 6.* Bodin. *IV. de Rep. 5. n. 446.* nec omnia nimis Ariſtocratice agant. Liv. *L. 3.* Contra *Regnum*, ſi caveatur, ne quis ex patritiis Regis vel Principis filiam ducat. Clapm. *L. IV. c. 17.* ne ſumma Magiſtratus officia ſint diuturna. Liv. *L. IV.* Bodin *IV. de Rep. 4.* Si viri magni animi ſpecie honoris in bellum ablegentur, vel alii officio adhibeantur, ſuetoq; muneri abſtrahantur. *Tac. II. A. 26.* vel Oſtraciſmo Athenienſium & Epheſiorum exemplo urbe pellantur. Beſold *tr. d. trib. form. Rerum. c. 5.* Bodin. *VI. Pol. 4.* quo ſenſu de Pompeio Catulus dixit, eſſe præclarum Virum ſed non liberæ Reip. Vell. Paterc. *L. 2.* de Scipione Sempronius, Senatui tanti Civem eſſe non debere, ut ſub umbra ejus urbs terrarum orbis Domina lateat. Liv. *L. 41.* In *Statu Democratico* propter vulgi inſtabilitatem arcana difficulter tegi poſſunt

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn727099752/phys_0098
DFG

sunt Tac. *VI. A.* ideoq; Sinceration. tam frequens usus, ut in aliis formis non invenitur. Possunt tamen huc aliquo modo referri, quæ contra Regnum de Regis etiam domibus, sternendis Liv. *L. 2.* magistratuum repetundarum accusatione, Clapm. *II. c. 13.* Bodin. *IV. d. Rep. 4.* notantur. Et pleraq; quæ de statu Aristocrat. jam ante allata sunt.

Annot.

Verè Imperator *in Nov. 7. c. 2. pr.* *Quidnam* ait *stabile inter homines & immobile ut nullam patiatur mutationem, cum omnis noster status sub perpetuo motu consistat.* Ut nec Aristocratiam, in qua paucorum ex æquo potentia & gubernatio est, excipere debeamus, cui propterea sua etiam arcana & remedia competunt: primò quidem *adversus plebem s. populum,* qui nihil tam avidè quam libertatem non mediam quam nec spernere, modice nec habere novit, sed pro libitu cuncta expediendi licentiam

ām, ſibi quærit & exoptat, illudq; demum publicum exiſtimat quod commune, & cujus omnes participes ſunt. Inſtigantibus acriter illis qui pravè facundi animos plebis velut litus adverſus optimates, quos jam ante hæc odio habet, animant atq; incendunt; de quibus Plautus. *Trucul. A. 2. ſc. 6.* Sine virtute argutum (eloquentem) civem mihi habeam pro præfica. Quales fuerunt olim ap. Athenienſes Dæmagogi, & ap. Romanos Tribuni plebis; quorum locum hodie quidam ex ordine ſacro (qui pudor eſt religionis noſtræ) obtinent, veluti Rockiſanus ille, cujus concionibus & debachationibus Georg. à Kunſtadt Podibradius Regnum Bohemiæ invaſit. Quo laudabilius Civitates nonnullæ adeò eorum loquacitatem ambitionemq; comprimunt, ut iis nulla ferè alia de re præterquam de morum corruptione animarumq; ſalute publicè verba facere liceat. Clapm. *d. Arcan. Rerump. L. III. c. 22. f.* ad *Princ. Pat. n. IX.* Illa tamen remedia non omnia ejusdem ſunt indolis, quædam enim

ſunt

sunt, in quibus nulla aut exigua duntaxat simulatio est; quædam simulatoria & sophistica, in quibus aliud agitur, aliud simulatur. Ex quibus, cum priora ita penè comparata sint, ut quivis ex populo, cui nasus paulùm sagax est, illa subolfaciat, hæc contra adeo ipsis imponunt, ut maximè ista sehabere credant, quorum tantum idolon habent: quæ postrema ab Aut. potissimùm hîc considerantur. Et sanè plebs mavult decipi quàm cogi. *Le peuple* inquit Meynier. *q. 145. p.m. 362. qui est inconstant & variable comme les Vagues de la Mer qui approchent & reculent incessamment du bort, suit plustot sa pasiori que toutes les raisons qu' on luy sc, auroit alleguer au contraire de ce q' il veut faire, ne veut point estre contestè, mais flatè & amadouè par bon artifice.* Ubi præprimis noscenda est populi natura, quomodo temperanter habenda. Magna siquidem Ingeniorum est diversitas, præsertim in vastis Civitatibus, in quibus alii Aristocratici, alii plebeji & populares, alii Principum parti-

bus favent, alii patriciorum & factionibus studeant, ut de urbe quadam Joniæ testatur Aristoteles *V. Pol. c. 3.* & Plutarchus de Athenis, & de Parisiis Monstrolettus, & de Atribatibus Cominæus; cit. Clapmar. *d. Arcan. Rerump. II. c. 17. f.* Optimates itaque naturam ac genium populi probè cognitum habeant, sciantque, quo quis aut præmio capiatur maximè aut damno irritetur; qualem cognitionem passim Politici commendant. Scilicet ut Auceps non unum omnibus avibus offundit cibum: Ita diversi ingenii homines diversis rebus inescari oportet. Præter sophismata autem & modos fascinandi populum, quos Aut. *b. peric.* tangit, [qui quod attinet honores plebi communicandos, humiliora tantum & quæstuosa munera, qualia Resp etiam Veneta illis, qui medii ordinis è populo sunt, eaq; non nimis multiplicata permittit, ne videl. ex falsis bonis verum malum proveniat, intelligit) alii plures ad huc dantur. Privilegiis quomodo Populus mulceri soleat, jam antea

dictum

dictum fuit. Eundem populum ſ. plebem loco amiſſæ libertatis id conſequi ab Imperantibus, ut linguâ etiam ad criminandum pro lubitu utantur, ſuamq; fortunam ſpecie h. libertatis & vindictæ cupiditate conſolentur, docet Clapmar. *d. tr. L. VI. c. II. f.* ad. *Princ. Pat. §. X.* Salutationibus porro atq; invitationibus, quibus ſi non verè, ſaltem in ſpeciem ſinceri adfectus ſignificationem Optimates oſtendant, & ut in genere dicam, popularitate, [quæ tamen niſi rationes ſuas ad Remp. & univerſorum ſalutem accommodet, in ſingulis ferenda non erit] plebis ſtudia quàm maximè comparantur; modo ne frequens nimium ſit iſta converſatio, ex qua facilè oritur contemptus, *l. 19. D. d. off. Præſ.* Quicquid in excelſo faſtigio poſitum eſt, humili & tritâ conſuetudine, quod ſit venerabilius, vacuum eſſe convenit. Valer. Max. *L. II. c. 6.* nec alia mente Livius *L. 35.* continuus adſpectus & aſſiduus aditus minus verendos magnos homines ipſa ſatietate facit. Præcipuè v. Theatra ſ. ſpectacu-

la & annona, quæ velut Numina adorat juxta Satyricum,

Duas tantum res anxius optat
Panem & Circenses.

plebem occupant: queis ubi semel inescatur, omnem planè Reip. curam abjicit, & intuitu illorum, omnium aliorum facilè obliviscitur. D. Forstner. *Not. ad Tac. IV. A. 72. n. 1. & I. A. 54. n. 3.* Lipſ. *IV. Pol. 8. n. 15. ſeqq.* Ut canis, ſi bolum in os injicias, latrare deſinit: ita turbulenta multitudo largitione frumenti ſatiata, conquieſcit. D. Loccen. *d. period. Imp. L. IV. c. 13.* idq; judice Tacito *in Agric.* ap. imperitos humanitas vocatur, cum verius pars ſervitutis ſit. Id. Tacitus de Auguſto *I. A. d. c.* neq; ipſe abhorrebat à talibus ſtudiis, & civile rebatur [in Cod. Theodoſ. Impp. popularitatem nominant] miſceri voluptatibus vulgi; qua de cauſa immunes etiam verberum hiſtriones reſpondit *I. A. 77.* cumq; aliquando licentiam hanc reſtringere ſibi propoſuiſſet, Pylades hiſtrio ipſum de-

hor-

hortatus est hisce verbis : Συμφέρ σοι, καῖσαρ τοῖς ἡμᾶς τὸν δῆμον ὑποδιατρί βειν. *Expedit tibi, O Cæsar, populum nobis intentum tempus consumere.* Dio *L. 54.* Sequutus exemplum Patris Tiberius sævitiam annonæ incusante plebe Romanâ, statuit frumento pretium, quod emptor penderet, binosq; nummos se additurum negotiatoribus in singulos modios Tac *II. A.* Sed & prudenti consilio inhibuit, ne Tribunis velut inter alia petierant, proprio sumptu ludos edere liceret, decreta pecunia ex ærario; neq; negavit Tribunis ut nimia desiderantibus; sed ut quibus nollet ex Principum veneratione causam sumptuum creari. D. Bœcler. *Comm. in Tac. I. A. c. 15. n. 4.* cujus ap. plebem circo & theatris adsuetam summum post fata desiderium remansit Eoq; pronior in Othonem favor, ut imitatione luxus Neroni similem. Tac. *I. Hist.* Hinc laudatissimæ Civitates non modo tolerarunt ejusmodi ludos scenicos, sed magnis quoq; impensis introduxerunt. Ut proinde quisquis

ejusmodi spectacula ac ludos, præsertim si moderatione quadam & voluptate concessa constent, nec lasciviæ sed lætitiæ dentur, tollere penitus voluerit, rem aggrediatur difficilem & è re totius civitatis minimè futuram. Cl. Bernegg. *q. XCVI. ex Tac. Agric. l. 1. C. d. spectac. & scen. ibiq; D. Brunnem.* J. P. Fellwinger Professor Altdorphinus *d. Urbe. part. 4. n. 32. seq.* Munera deniq; huc pertinent quæ sine magno dispendio publico in populum sparguntur. Itemq; Libri, quibus Aristocratici ut Autor olim Libelli *de ratione constitutæ Reip. Angliæ, Scotiæ & Hiberniæ penes Dn. Protectorem & Parlamentum. Hagæ Com. ex Anglico in Latinum versi* Remp. Democratia contineri, aut statum cum minimè talis sit, mixtum esse imperitiorib. persuadent. vid. D. Bœcler. *in Grot. L. 1. 3. §. 19.* Id. *d. Notit. Reip. p. 92. f.* Quod si ratio instituti aut scripturæ modus ferret, etiam plura arcana adduci possent, quæ partim *Clapmarius* & alii collegerunt. Qualiacunq; tamen illa sint, prudens Magistra

gistratus non immodicè usurpat [quippe gallus gallinaceus, qui diu cantat præsente Leone, postquam cantu suo Leonem aliquoties terruit, tandem ab eo devoratur [variis autem quantum potest, formis ac figuris in speciem adumbrat, ut omnis ἀντιπερίστασις ex monitu D. Bœcleri *Diss. d. Notit. Reip. p. 93.* non speciem certaminis aut oppositionis, sed formam studii in Remp & populum præferat. Quod in mixto statu arduum esse, Idem subjungit.

Atq; ita mentitur, sic veris falsa remiscet,
Primo ne medium, medio ne discrepet imum.

Deteguntur tamen interdum, & ut canit elegantissimus Arbiter

Grex agit in scena mimum, pater ille vocatur,
Filius hic, nomen divitis ille tenet.

Mox ubi ridendas incluſit pagina partes,
Vera redit facies, diſſimulata perit.

Alterum h. peric. membrum de Sincerat. quæ adverſus *Regnum* adhibentur, agit. Tantò facilius in hoc Ariſtocratia converti poteſt, quantò Regiæ libidini paucorum dominatus eſt proprior. Tacit. *VI. A. 42.* Firmamentum ergo cum ſit omnis Ariſtocratiæ juſta potentia & concordia Optimatium inter ſe, ſi nim. pura ſit Ariſtocratia, ambitioni ſingulorum ex iis, ſed & reliquorum ſupra ſortem elatorum & plus quam civilia agitantium, qui ut Jaſon ille ap. Stagiritem *III. Pol. c. 3.* quando non imperant, eſurire ſe credunt, obex ponendus eſt; nec ferendi ſunt Caſſii, Melii, Manlii, quos Roma cum libertatis commodo ut ſuſpectos non tulit, eadem quæ Marios, Cinnas, Cæſares poſtmodum in ſuam perniciem fovit. Romanorum hoc inter reliquas ejusdem gentis aberrationes haud poſtremum, ſicut Veneti, (qui teſte Cominæo

minæo *L. II. D. Bell. Neap. p. m. 565.* Rom. imperii rationem exactissime tenent, quomodo natum sit, quomodo creverit, quid rectè quid vitioſè in eâ admissum) omnino deteſtantur; ita illud ex adverſo inter Reip. ſuæ arcana meritò receperunt Neminem enim temerè ex Optimatibus, qui vel inſigni virtute, vel ſpiritu in rebus gerendis cæteris antecellat, nimio plus creſcere, vel collecta gratia potentem & clarum fieri patiuntur Jov. *L. I. Hiſt* quorum annales tradunt, cum olim inter nautas & populum periculoſiſſima orta eſſet ſeditio, quæ neq; per lictores neq; Magiſtratus ſedari potuiſſet, eam tandem interventu P. Lauredani, qui anno ſuperiori imperator bello maritimo fuerat, illico conquieviſſe. Verùm hanc nautarum obedientiam adeo ſuſpectam Senatui fuiſſe, ut Lauredanum carceri incluſum mori coegerit. Eâdem ratione ſuſpicio eminentioris potentiæ pro crimine fuit, cum Hermolaum Barbarum, quod ſine juſſu Nobiliſſ. Reip. Venetæ Cardinalium ſe inſeruiſſet ordi-

ni, exilio multarunt. Complures aliàs h. in rem artes à Politicis cumulantur, ex quibus unam atq; alteram saltem huc retulisse Autori respectu instituti, sufficere poterat. Q. nimirum *si caveatur ne quis ex patriciis*, vel alius extra illos, cujus pectus ambitione supra modum privati accensum, *Regis vel Principis filiam ducat*, cum qui sic supra sortem nuptias affectent, ipsam simul Remp. petere videantur, stimulante maximè Regia uxore, viamq; ad dominationem aperiente. Primum enim, quod tales mariti cogitant, est cupido regnandi: primus fœtus, quem in gratiam maritorum tales fœminæ edere volunt, Regnum est. Virg. Maluez. *in Tarq. S. p. m. 33. f.* quarum sexus, etsi vehementer impar est rebus gerendis vehementer affectat rerum Imperia. Gramond. *L. III. Hist. p. 214.* quam ob causam matrimonium cum Livia sollicitatum à Sejano hujus casum promovit. Et in hac demum molitione Tiberius arcana Imperii à Sejano tentari, animadvertit, cum antea hominis per-

tot

tot obsequia æstimati autoritatem pro se interpretando, præcipua dominationis mysteria supina qs. negligentia transmisisset. D. Bœcler. *Diss. Pol. in C. Sueton. Tib. Cæs. n. XXX.* Cui addenda sunt exempla Adoniæ *I. Reg. 2.* & aliorum, tam ab Ant. Thysio *in memorab. veter. Rerump. c. ult. d. pot. Princ. p. m. 491.* quàm à D. Forstnero congesta, *Not. Pol. in Tac. 1. A. 12. 6. verb. pridem invisus tq. ducta in matrimonium Vipsania.* In eundem locum observat *Annibal Scotus*, Cosmum Medicæum, qui primus ei familiæ amplitudinem Regiam intulit, ut cives suspicione liberaret, filiam nullam in matrimonium Principi alicui, quàmvis rogatum, dedisse; nec filio externorum Principum filias quæ offerebantur, sed uxorem in civitate sua honesto loco natam, copulari voluisse. Ex quibus exemplis apparet, etiam Reges & Principes arbitros esse conjugiorum, quæ inter Proceres celebrantur; quod utiq; in Gallia, de qua testatur Priolus *Li. IV. d. Reb. Gall. n. 32.* itemq; Hispa-

nia ac Anglia, non item in German. hodiè Imperio obtinet. Cum Principis potentioris rerum novarum cupidi affinitas animum facillimè ad turbas movendas flectere possit, dum ab exteris affinibus & consilia & parata auxilia sibi spondere licet. D Myler. ab Ehrenbach *d. Princ. & Statib. Imp. Germ. eorumq; jurib. c. XXXI. §. 4. edit. noviss. in 8. ubi cit. Zevecot. in Sueton. Cæs. p. 3. & Auton. Dia. var. resolut. part. 6. tr. 1. ref. 27. per tot.* quod causa ferè unica eodem D. Mylero censente, fuit divortii in Gallia, inter Principem *Gastonem Borbonium*, Regis Fratrem, ac *Margaritham Lotharingicam.* Ipsumq; Poloniæ Regem non ex suo, sed Reip. voto uxorem sibi adsciscere teneri, haud obscurè indicant verba *Aut. Censur. Candid. Scept. Pol. in Neob. Poloni Regem vigentem & vernantem flore ætatis poscunt, qui uxore ex voto Reip. sumpta illustri & læto nos matrimonio ornet firmetq;* ad. Marin. *d. Scop. Reip. Polon. c. 12. p. 272. seqq.* Merito hinc Durus de Pascolo, inter alia observan-

vandum Aulicis proponit: Ne matrimonia oblata à Principe, facilè aut temerè recusent, imò semper consensu Principis contrahant. *in Aulic. Polic. concl. 214.* Deinde [idq; simulatione quàdam minuendæ molestiæ] *ne summa s. potiora Magistratus*, non Senatus, qui à Magistratu more Græcor. ac Romanorum separandus, Matth. Steph. *Lib. I. d. Idict. c. 14. n. 7. seqq. officia sint diuturna*, sed nec annua fortasse, aut nimis brevia. v. Curt. *tom. 1. conject. c. 43.* Quam vicissitudinem præsertim in Optimatium & populari statu, salus Civitatis suadet, Lex jubet. *tit. C. d. mun. & honor. non contin. l. Divus D. ad municip.* Ipseque usus insigniter probat. Quippe quæ ingenia fastuosa reprimit, nec inebriari nimia licentia sinit. Si homines annua Magistratus designatione superbiunt, quid si honores per quinquennium agitent [quid si per omnem vitam.] Tac. *II. A. 36.* Nusquam certè satis fida potentia ubi nimia est. *Sen.* Hinc Tullius aliquoties conqueritur de diuturno Cæ-

saris Imperio: quæ res ex sententia Scip. Amirati & aliorum, ferè sola deinde Remp. Rom. mutavit. Forstner. *Not. II. A. Tac. s. 1.* Optimè ergò notandum monitum Bartholi. Coleonis ap. Marsel. *in Legat. L. II. D. 11.* Is postquam Dux bellicus acerrimus ac fidelissimus Venetiis præfuisset viginti amplius annos, jam senio gravis ne mori quidem voluit, nisi salutari monito optimè de Rep. mereretur. Senatum ex quadrante heredem scripserat, pro quo affectu clarissimi aliquot missi à Rep. Viri, jam proximum metæ fatali accesserunt, non interituræ gratiæ & gloriæ præmium apprecaturi. *Et habeo* inquit ille, *mnemosynon grandius quod Senatui consignem. Resp. vestra me præfectum perpetuum habuit, & habuit fidum utilemq;: nunc suadeo hortorq;, ne perpetuus deinceps constituatur militiæ præfectus, si Reip. perpetuitas speranda aut stabilienda vobis est.* Hactenus Marselaer. *Ibi addit:* Æstimarunt Veneti monitum, quod ille inter noviſſima verba exhalabat veriùs quã eloquebatur, agnoverunt

verunt ſalubre, & adhuc hodiè ſequuntur. Autor tamē imperia quādoq; continuari, dixerat *peric. 3.* Sed addit, in ſpeciem hoc ſaltem agi, dum pro lubitu iſta Imperantes adimunt. Quamvis ſub unius imperio (de quo Ille ibid. loquitur) ſi Dominus eſſe malit quàm Princeps, perpetua officia fidiſſimis injungi ſoleant, quo dignitatum porta aliis ſit præcluſa. Id quod Tiberius intendiſſe videtur, cui id quoq; morum fuit, continuare imperia, ac plerosq; fidiſſimos nimir. ut dixi, & pares negotio, non qui ſupra eſſent. (neq; enim eminentes virtutes ſectabatur & rurſum vitia oderat, ex optimis periculum ſibi, à peſſimis dedecus publicum metuebat) ad finem vitæ in iisdem exercitibus aut jurisdictionibus habere. Tac. *I. A. fin.* Tiberii hunc morem Hiſpaniæ Reges in regionum longinquarum & provinciarum regimine amplectuntur. Qui inſuper auſteros & ſeveros præ blādis & amori populi potentiæ ſuæ conciliando aptis deligunt: non perpendentes, Præſidum errata & ſævitiā ortamq;

exin-

exinde invidiam in Reges redundare & fieri posse, ut ab utroq; quod factum in Belgio, desciscatur. Ex jam dictis satis apparet, quàm graviter hallucinentur, qui in thesi de hac controversia, *Præstetne ambulatoriam vel perpetuam esse Magistratus aut Præfecturarum dignitatem?* nullu Rerump. f Magistratuum facta distinctione, statuere præsumunt. V. D. Mevius *in Not. eleg. ad Tac. l. c. & Disc. V. ex L. II. A. n. 105.*

Quemadmodum verò principia & fundamenta principatus ac potentiæ ad quam ambitiosi adspirant, dum jaciuntur, difficillimè animadverti possunt: Ita si adultum jam sit malum & viribus suis subsistat, neq; sponte facultatum nimis auctarum copiam imminui sibi velint cum Seneca, qui eum invidiam non sustineret, *institutæ tandem prioris potentiæ commutat, prohibet cœtus salutantium, vitat comitantes, rarus per urbem, quas valetudine infensâ, aut sapientiæ studiis attineretur.* Tacitus *XIV. A. 56.* aut cum Scipione Africano in voluntarium exi-

exilium secedere quem Seneca *Epist. LXXXVI.* hæc loquentem facit : *Nihil volo derogare legibus, nihil institutis; æquum inter omnes jus sit : utere sine me beneficio meo Patria, causa tibi libertatis fui, ero & argumentum. Exeo si plus quàm tibi expedit, crevi.* (præter quem & alios nonnullos Viros eminentes vitato assiduitatis fastidio, autoritatem & desiderium in animis Civium quæsivisse, absentiâ notavit Gebhard. *in Chabr. Corn. Nep. n. 14.* & noviter Jo. Brandes *de ver. & simulat. JCtorum Philos. c. V. p. 106.* ubi citat *l. 21. §. 10. D. d. recept. qui arb.*) vix est ut remedia non sint ipso morbo periculosiora. D. Forstn. *in Tac. II. A 5. n. 1.* Nam quia potentia pares & honore, haud facilè viquidquam perfeceris : multo, minus *Ostracismo* aut *Petalismo*, cum plena sit omnium temporum Historia exemplis, quibus Civitate pulsos & tam secretorum quam imbecillitatis Patriæ gnaros, ejusdem adfligendæ plerumq; instrumenta se præbuisse docemur. Memorabile maximè est, quod olim exulis

Batavi

Batavi opera Hiſpani munitionem Schenckianam *vulgò vocatur* Schencken-ſchantz *ab architecto Martin. Schencio*, in Vahalis & Rheni divortio ſitam CCCC. militibus ex inſidiis occuparunt, quæ ingentis exercitus robur elidere potuiſſet. Id. D. Forſtner. *in Tac. XV. A. 49. verb. tontumel. ultum ibat.* Marcius item Coriolanus, poſteaquam exulatum iverat in Volſcos, veteres Romanorum hoſtes, junctis armis ac viribus, cum illis, non tantum plurima Romanis oppida eripuit, ſed & ipſam tandem Urbem obſedit; qui cum inſtructu plebis Oratores de pace à Patribus ad ipſum mitterentur, hæc eosdem renuntiare voluit: *Si Volſcis ager redderetur, poſſe agi de pace. Si præda belli per otium frui velint, memorem ſe & Civium injuriæ, & hoſpitum beneficii adniſurum, ut appareat, exilio ſibi irritatos, non fractos animos eſſe. Iterum deinde iidem miſſi non recipiuntur in caſtra. Sacerdotes quoq; ſuis inſignibus velatos iſe ſupplices ad caſtra hoſtium, traditum eſt, nihilo magis quàm Legatos*

gatos flexisse animum. Liv. *L. II. c. 39.* Notum est ex recenti historia, quantum damni passæ sint Polonor. gentes ex Viri unius ad hostes defectione. Le Bleu *Liliet. p. 296. seq.* ubi ad arcana Principum spectare consilia ex Amirato tradit, ut ab unius exacti imperio, ab altero in tutelam recipiantur foveanturq;. Ergo non tantum illud quod possumus, sed quod tutò & ex Reip. usu possumus, attendendum, & Sincerationibus magis quàm violentis istis remediis utendum. Maximè verò speciem honoris præferant ejusmodi Sincerationes, quam pœnas induere debere Cl. Boxhornius docet *I. Pol. c. 19.* ubi à summis Viris admissum est crimen, ut si supplicium sumatur, metuendi veniant motus. Ferè enim periculosum est, excellentes ignominia provocare: tum etiam inconsultum nimis, uno quo impetu, nec sine periculo id tentare, quod sensim & per ambages melius poteras.

Differ, habent parvæ commoda magna moræ.

Tan-

Tangit hoc præter Chokier. *Thesaur. Pol. L. II. c. 9. n. IV.* Clapmarius *L. II. d. Arcan. Rerump. c. II. ibi : Verùm enim verò nonnunquam accidit, ut unus in Rep. vel propter res gestas, vel per collegarum negligentiam potentia nimia crescat : ibi tum frangendæ sunt ejus vires, sed per ambages, & circumductione aliqua, ne si continuo præcipitetur, causam habeat extrema, eaq; præcipitia ac Reip. periculosissima experiundi.* Et Aristoteles *V. Pol. 8.* Si præpotentis alicujus nimis impotenter evectæ vires deprimendæ sint, atterendæq;, non uno istud impetu omni potestate semel & semper ablatâ, sed paulatim ac sensim faciendum monet. Cujus præcepti vim non rectius intelligi censet D Bœclerus *in Historia Principum Schola th.* 22. quàm si apud Dionem *L. 58.* legamus, quomodo Tiberius ad Sejanum evertendum paulatim, & ita progressus sit, ut diu incertum relinqueret omnibus, amicitiâ an odiô complecteretur Virum. Qui & ipse inter metum & confidentiam medius, in neu-

neutram partem audebat aliquid decernere. Le Bleu *Disc. d. adscens. Intim. in aul. & cas. th. 85.* At seriem versionis quâ Sejanus concidit, Id D. Bœclerus exhibet *Dill. Pol. in Suet. Tiber. n. XXXI. seq.* Illi igitur quorum privatum modum egressæ sunt divitiæ, non cum Enguerrantio Marignio Comite Longævillæo cui nimiæ opes, nimia potentia, invidiæ, invidia fœdi exitus causa haut dubiè fuit. Anti-Machiavel. *L. I. theor. 2. pag. m. 137.* in patibulum adigendi sunt (post cujus mortem Carolus Valesius pœnitentia duci, & occultis pectoris tormentis cruciari cœpit) sed dignitates, curationes, legationes conferantur damnosæ, sumptuosæ, & quæ sine rei familiaris dispendio obiri nequeant. Si favore plebis nitatur aliquis, ille derivandus iisdem, aut majorib⁹ beneficiis, aut illecebris in ipsam Remp. Qui nomen, famam & gloriam habet, (nam & nomina ambitionem spirantia invisa esse, Romanorum Civium de Manlio querela arguit.: *cognomen imperiosi grave liberæ civitati,*

ab

ab ostentatione sævitiæ adscitum. Liv. *L. VII.* quodq; Cambdeno teste in rebus *Elizabethæ Anglicæ*, Henricus Lancestriæ Comes ab Angliæ Regina Belgis in subsidium missq magnorum Virorum & tandem ipsius Reginæ invidiam traxerit, quod sibi titulum *Excellentiæ* passus sit dari, qui ipsius dedeceret conditionem & Regibus tantum dari solitus fuerit) arduis & periculosis objici debet expeditionibus, ut, ubi non successerit negotium, & eventus spei non responderit, minuatur auctoritas, quam à rerum gestarum gloria meruit. Is cujus certo loco nimia potentia est, specie honoris in longinquas regiones, vel ut loquitur *Sprengerus*, ex regimine in regimen ex terra in terram amandari potest; sic lapis volutus non obducetur musco, nec arbor transplantata altas radices aget *ax. IX. ubi vid. exempla.* ad. *Besold. de arcan. Rerump. c. II. n. 7.* Si armis fulciatur alicujus magnitudo, variò prætextu ab exercitibus & militia ad honoratissima quæq; officia, sed quæ omni potestate careant,

reant, revocandus. Plures modos eminentium Virorum ſpiritus atq; potentiam deprimendi vid. ap. D. Forſtner. *in Tac. II. A. 5. n. 1.* itemq; Sprenger. *l. c.* quamvis interdum illi mutua diſſimulatione iisdemq; quibus petuntur, artibus graſſari ſoleant: conf. Id. D. Forſtn. *in Tac. XIV. 6. verb. ſolum inſidiarum remedium eſſe ſi non intelligerentur.*

Ab *Exteris* inſidiæ quoq; Ariſtocratiæ nec minori quam Monarchiæ, periculo parantur. Facilius ſiquidem duo, ter, quatuor vel plures ſeparari poſſunt, quàm immotus unius animus inflecti. Et licet plus videant oculi quàm oculus, nebulæq; facilius uni oculo quàm pluribus offundantur, non tamen ita attentatur, Largitionibus enim ac ſimilibus modis Remp. ſubvertere conantur. Demoſthenes hac ratione argentanginam paſſus v. Pezel. *p. 1. Melliſ. Hiſt. p. 380.* Et Jugurtha aliquot vicib9 ſentiens aurum, adverſus Romanos potentius eſſe quam ferrum, eos corrupit. Sed quia Rex fraude præcipu9 erat, fraude etiam à Roma-

nis

nis captus est. Metellus enim in ultionem non tam Imperii Romani, quàm pudoris assurgens nunc precibus nunc minis, jam simulata jam qs. vera fuga eludentem, artibus suis aggressus est, quem deinde Marius captum & catenis coopertum Romam duxit: Et vidit urbem quam venalem & quandoq; perituram si habuisset emptorem, frustra cecinerat. Flor. *III. c.1.* Hactenus annotata, si non omnia, pleraq; tamen *Democratiæ* inserviunt: Cui non minus quam Aristocratiæ à duobus hostibus, nimirum spe ac desperatione, i. e. *à summis & infimis*, quorum illi à prospera fortunâ, ut uberiorem obtineant, stimulantur, hi ab adversa, ut deteriorem evitent, impelluntur, cavendum. Malvez. *persecut. David. p. m. 73.* D. Forstn. *in Tac. III. A. 40. n. 1. 4. 5.* & quæ vix ullibi nisi Aristocraticè temperata invenitur. D. Bosius *d. Chamct. beat. Reip. §. X.* quamvis quod rectè indicat D. Autor *in h. peric.* quæ in statu pure Democratico geruntur, difficulter tegi possint. Quæ enim adversus Optimates aut unius Imperium

perium ſtruuntur, vix poſſunt latere eos tq. prudentiores. Quæ a. populus in popularí Rep. gerit, arcana eſſe non poſſunt gerentibus. Jam quæ ſimulacra Democratica appellantur non ſunt artes populi, ſed in populum. D. Bœcler *Diſſ. Acad. II. d. Notit. Reip. p. 87.* Olim in cuſtodiam libertatis & ad nobilium arrogantiam reprimendam, qui Romæ inſolenter in plebem inſultare conſueverant, hæc Tribunos ſibi fecerat, plebejum Magiſtratum *l. 2. §. 20. D. d. O. J.* quorum fores perpetuo erant recluſæ ut cuivis opem, etiam de nocte imploranti, præſto eſſent. Garro *in d. §. 20.* Alex. ab Alex. *L. I. Gen. dier. c. 3.* & quo nihil ſalutarius ſi in priſtina integritate perſtitiſſent, excogitari potuit. Norderm. *d. jur Princ. concl. 8.* Sed eadem Tribunitia poteſtatas ſpecie quidem plebis tuendæ cujus in auxilium comparata erat, re autem dominationem ſibi adquirens, ſtudium populi ac favorem agrariis, frumentariis, judiciariis legibus aucupabatur. Nec dubitat Florus omnium ſeditionum cauſas

ad κακοπολιτείαν Tribunorum referre. *L. III. 13. v. Diss. D. Conring. d. Democrat. Helmstadi A. 1643. exhib.* horum Tribunor in Civitatibus Saxoniæ, Pomeraniæ & Megapolis, vicem sustinent Centum-Viri, quinquaginta Viri, octo Viri, hundert/ funffzig/ Achtmänner/ qui Senatui in arduis præsertim & statum publicum aut marsupium Civium attingentibus, vel ubi mox exigit, adsunt, & conjunctis humeris Reip onera sustinent D. Mev. *comm. in Jus Lub. L. I. t. 1. n. 55. edit. ult. in fol.* Sed hi sæpè ut Tribuni flagra seditionum sunt, quod exemplis, nisi odiosa essent, facilè demonstrare possem. Ideoq; ut Patres olim in Rep. Rom. unum vel alterum ex illis Senatus sibi adjungat, pomumve contentionis inter eosdem callidè jaciat. (quod artificium hic etiam A. Nostro ex *Liv.* & *Bodin.* notatum) ab initio autem qui universum Civium corpus representent, Viri non nisi moderati suffragio Senatus legantur.

Perico-

Pericope VI.

Sincerationes adhibentur contra turbones & scelestum contra securitatem Reip. molientes *peric. 1.* qui vel in visceribus eam labefactant vel foris adoriuntur. Illud faciunt subditi nefarias factiones, conspirationes, bella intestina, conjurationes moventes: Qui exinde Rebelles dicuntur. *c. un. Qui sint rebell.* Hoc aperti Reip. hostes. *l. 118. d. V. S. l. 24. D. d. capt. & post.* Securitas Reip. verò cum etiam requirat, ut status Ecclesiasticus indemnis servetur R. A. zu Speier *d. A. 1529.* Und aber. hac ratione diversimodè se exserunt Sincerationes. Quod Hæreticos & Schismaticos attinet, ne nimis lolia exsurgant, & steriles dominentur avenæ, Magistratus est, ut Unam Religionem instituat & autonomiam cohibeat. *Actor. 4. 32.* Unionis autor illa una, Lips. *adverf. dialog. d. un. relig.* & pax Ecclesiæ Religionis unitas. *l. 8. verf. nam pax C. d. Sum. Trin.* Quæ enim

religio, ubi omnis religio. Nec facilio-
resin Rep. seditiones, quàm ex religio-
num multitudine. Patrum nostrorum
seculo & hodierno, Germaniam & Bel-
gium vexatæ religiones in miserrimum
statum dederunt. R. A. *d. A.* 1555.
und als der Churf. *ibi:* daß der *articul*
der spaltigen Religion. Meter. *Hist. Belg.*
tom. i. Verum ergo *Lips. in præf. Lib.*
d. constit. nullum seculum unquam fera-
cius Religionum fuisse, sterilius pietatis.
Utuntur Religione velut vestibus, quæ
nisi quotidie aliquid novi habean, non
placent. Az. Sturtz. *d. un. Relig. th.* 24.
Verum tamen quia fieri nequit, ut unifor-
mis semper sit religio, ob naturalem ho-
minum ad dissentiendum facilitatem
l. 17. §. 6. *d. recept. q. arb.* aliquando Ma-
gistratus connivere, & pro ratione Stat.
diversas religiones admittere potest, si
quietè dissentientes vivere velint. Tum,
quia Imperium in conscientias Magistra-
tus non habet, nec fides cogi, sed mo-
nendo & docendo persuaderi debet. Bo-
din. *III. d. Rep.* 7. *n.* 344. Ignorare
mihi

mihi naturam illam cæleſtem videtur, quisquis premi eam putat poſſe vel cogi. Nulla unquam externa vis faciet, ut velis quod nolis, ſentias quod non ſentis. Lips. *II. d. conſt. c. 25.* Tùm aliquid mali tolerandum ob evitationem majoris, meliusq; laceras tabulas conſervare, quàm totale Reip. cadaver aſpicere. Et aliàs contingere poteſt, ut, quod Galerius Imp. dixit, multi Chriſtianorum prorſus Athei fiant, nec cæleſtibus Diis debitum præſtent cultum. Nulla v. capitalior peſtis civitatibus accidere poteſt, quàm Numinis carentia vel Atheiſmus, cum impietas adverſus Numina omnem ex animo peccandi metum penitus evellat. Bodin. *IV. d. Rep. 7. n. 485.* Et optimè hanc antonom. ad Edictum Imp. Dioclet. d. Malef. & Manich. in C. Hermog. proſecutus eſt Ant. Benbell. d. Godent. *in temp. ſuſcit. Princ.* Ita Calviniani publici boni cauſa tolerantur. Cran. *Diſc. d. Pac. Rel. p. 1. pr. 13.* quod de Judæis aſſerit Sixtin. *d. regal. L. 1. c. 5. n. 19.* Schonb. *III. Pol. 36.* Sed an noſtra Religio eo re-

ſpectu à Catholicis recte *Tolerata*, *Monitoria*, ſ. *Religio ad Interim*, *dici poſſit*, *q.? ſentiunt hoc Catholici. Fr. Burch. in* Freiſt *p. III. c. 13.* Wind. *d. extirp. hær. ad object. 4.* Dillingens. *in comp. Pac. c. V. q. 26.* & aliis locis. Nos negamus. R. A *d. A. 1532. §.* haben wir angeſehen. R. A. *d. A. 1555. §.* und damit ſolcher Fried. Cran. *p. II. probl. 4.* Syring. *Diſc. d.* Pac. Relig. concl. 49. lit. E.

Annot.

Indubium quod Magiſtratus ſit utriusq; Tabulæ cuſtos, & prima cura in Religione ei incumbat. v. quæ *H. Grotius*, *Tabor* & *Conringius*, *d. Imperio ſum. pot. circ. ſacr.* ſcripſere. Nullus unquam Reip. Status diuturnus fuit, in quo Religionis vilis extitit cura, aut eam ſibi eripi, ſuperior Magiſtratus permiſit. Quamvis enim Religio non ſit finis ſtatus [adæquatus] eſt tamen id per quod adquiritur finis, ſi ea obſervatur nec planè negligitur. Geisler. *d. ſtat. polit. è Tac. form. c. V. §. 4.*

Quò

Quò fortè respiciens Parmensis Belgii Gubernatrix, ad illa Egmondani Comitis: *primam conservando Imperio curam intendendam: Religionem facilè deinde restitutum iri:* non sine indignatione respondit: *minus aqvum sibi ab eo consilium dari: quin potius humanis rebus omnibus præhabendum DEI honorem cultumq;, qui si deseratur, malum longè gravius quàm cujuslibet potentiæ fortunarumq; calamitatem* F. Strad. *d. Bell. Belg. Dec. I. L. V. p. m. 144.* Cui etiam adstipulatur Florentinus *d. Rep. L. I. c. 12. Qui Resp. conservare volunt, in id præ cæteris incumbant, ut rectam Religionis curam habeant.* Idem inter excellentes summosq; Viros magna laude dignos esse, qui religionis cultum rectè instituunt, alibi tradit *c. X. pr. cit. Le Bleu Instruct. futur. Consil.*

Cum autem unus tantum DEUS sit, una fides, unum baptisma. *Ephes. IV. 4.* æqvum erit, ut si verè eum colere velimus, uno modo colamus omnes. Hunc si vera Religione colit Magistratus, sub-

diti exemplum ejus sequantur, & una sit in regione Religio. Hæc animos unit, & fortiores contra quosvis insultus reddit. Pax Ecclesiæ religionis unitas, *l. 8. vers. nam pax. C. d. Sum. Trin.* nec arandum cum bove & asino, i. e. homines diversæ religionis non sunt sociandi *c. in nona 22. caus. 16. q. 7. l. 1. l. 2. C. eod.* Scip. Amirat. *in Tac. L. XI. Disc. 3.* pauci quippe tam acri judicio, ut omnia probare, quod bonum est, tenere possint: nec faciliores seditiones in Rep. sec. *Aut. h.* quàm ex religionum multitudine. Quomodo quis DEI metuens amansque illi firma societate conjungi poterit, quem ipsum quod colimus Numen adversari credit, ac sententia animi tanta in re, quanta est DEUS salusq; nostra, à se dissentire intelligit? quomodo in Religionum diversitate pax stabilis? quomodo unitatis effectus prudenter sperandi? Guil. Ignat. Schuß *manual. Pac. qu. 2.* v. Eund. *in Lib. d. rect. fil. nat. c. V. §. sic Druſus.* cùm etiam flumine saltem aut muro invicem distinctas civitates discordiis

diis laborare videas: ſicut Pariſiis Sequanæ divortium animorum quoq; divortium cauſatur. Catholici ergo planè hoc ſuum facere, ſuisq; olim contra Status Imp. Evangelicos, Sincerationibus [quas putant) adplicare. Quaſi v. ſcoriæ Papales meliori etiam jure gaudere debeant, quàm pura & Orthodoxa Lutheranor. Religio, cujus antiquitas non tam in continuatione per multas annorum centurias [quâ ſolâ Romano-Catholici nituntur, quando Religionem ſuam in ipſa Pacif. Rel. §. Alsdann auch die Stände der alten Religion. Vel etiam in ſcriptis ſuis antiquam vocant) quàm in convenientia cum Scriptis Prophet. & Apoſtolicis fundatur, & cum S. Ignatio [in epiſt. ad Philadelph.) JESUM CHRISTUM pro archivis habet. Nam quod ad hanc normam, Scripturæ ſc. Propheticæ & Apoſtolicæ congruit, id demum pro verè antiquo, nequaquam verò pro novo, habendum, etiamſi qui id profitetur, heri ſaltem vel nudius tertius exortus ſit. Et quicunq; hanc regulam ſecuti fuerint,

super illos pax & misericordia *Gal. VI. 5. couf. Tr. Joseph. Hall. ex Angl. nuper in German. convers. à Theoph.* Großgebauer. *cui Tit.* Alte Religion. Ut taceam eandem principiis doctrinæ civilis optimè congruere, ceu nuper egregiè ostendit Severin. d. Monzamb. *Lib. un. d. Stat. Imp. Germ. c. VIII. §. 7.* modò non sub Religione regio quæsita sit: quò pertinent illa, quæ ex eodem Monzamb. jam sup. ad *Pericop. II.* retuli. Et unde Imperium illud in conscientias? quod rectius *Autor* unà cum citatis ab ipso, in *h. perit.* negare voluit. Nihil certè tam voluntarium est, quàm Religio, quæ suaderi quidem at minimè imperari potest. Cum in voluntate sit quæ omnis coactionis expers, & nulla voluntas, ubi quæ velis, sentire non possis. Hinc Seisen illa Batavica: *Nulla externa vis*, inquit, *unquam faciet, ut velis quod nolis, sentias quod non sentis. Jus aliquis in vinculum hoc animi habet s. nexum: nemo in ipsum. Solvere eum à corpore Tyrannus potest, non naturam ejus dissolvere*

vere, quæ pura, æterna, ignea, spernit externum, & violentum omnem tactum. Li. II. c. XXV. d. conſt. Conf. eund. Lips. IV. Pol. c. 4. Cum quibus convenit dictum Maximiliani II. Imp. qui, cum Henricus Valeſius è Regno Poloniæ profugus, ut Franciæ corona potiretur, Viennam Auſtriæ Urbem veniſſet, pacem eidem commendavit, ſubridensq; dixit: *Eos qui conſcientias vi cogendo atq; urgendo exiſtimarent ſe regnum cælorum merituros, plerumq; ea quæ in terris poſſideant, perdere.* Meter. *Hiſt. Belg. L. VI.* Cujus conſilium, etſi Henricus ſtatim non adprobaret, tandem tamen morti np. vicinus, veriſſimum agnovit. Poſt acceptam enim plagam lethalem à Monacho quodam Dominicani Ordinis, & quidem in eodem conclavi, in quo annis retro aliquot cum matre Catharina Medicæa & Fratre Carolo IX. in lanienam Pariſienſem ſ. ferales Evas ut vocat D. Berneg *q. ult.* D. Bartholomæi nomine infames potius quàm celebres, Regis juſſu, permiſſu, contra Hugonotos

quos vocant, nullo sexus, ætatis, dignitatis, virtutis discrimine Anno Salutis 1572. cum æternâ bonorum omnium execratione susceptas, (de quib. leg. Thuan. *Li. LII. LIII. Hist.* it. *Append. Hist. Belg. tumult. Ernest. Eremundi d. furor. Gall.* Scriptũ, cui Index *La Fortune de la Cour. Liv. 2. f. 204. seq. ubi rationes pro & contra, ut loqui solemus, adducuntr.*) conspiraverat, Navarræ Regem & reliquos lecto adhærentes Proceres his alloquutus est verbis: *Remettez le different de la Religion a la convocation des Estats du Royaume & apprenez de moy que la pieté est un devoir de l' homme envers Dieu, sur lequel le bras de la chair n' a point de puissance.* i. e *Differentiam in Religione ad conventum Statuum Regni rejicite, & discite meo exemplo, quod pietas s. vera Religio sit hominis obligatio coram DEO, in quam brachium seculare nihil habeat potentiæ.* Bell. *tom. IV. Disc. 19.* Conf. *Jean Serres en l' histoire de Henry III.* Idem Henricus III Principi Condæo Catholicismum efficacissimô argumentô

mentô perſuaſerat, *Miſſam*, *mortem*, aut *Baſtiliam* interminatus. Ex Davil. *V. Hiſt.* D. Forſtn. *in Tac. XV. A. c. 5.* Cujus exemplô monitus Henricus *IV.* cautius poſtea mercarier didicit, Edictumq; Religionis, ſ. Pacificationis ſuper conceſſo exercitio utriusq; Religionis tam Catholicor. quàm Hugonotar. fruſtra renitente Parlamento Pariſiano, in univerſo Regno promulgari & obſervari juſſit. Sic enim Rex ad Senatum: *I' ay fait l' Edict, je veux qu' il s' obſerve. Ma volonte devoit ſervir de raiſon. On ne la demande jamais au Prince, en un Eſtat obeiſſant. Je ſuis Roy maintenant, & parle en Roy. Je veux eſtre obey en Roy.* Matthieu *en l' hiſtoire de Henry IV. liur. 2. narrat. n. 7.* cit. D. Gerhard *d. Parlam. Gall. §. III.* Capita ejusdem Edicti præcipua é Meterano, & Caſp. Ens *Lib. XX. Hiſt. bell. civil.* perſtringit Golnitz *Vlyſſ. Belgico-Gall. p. m. 386.* Sigismundus autem III, ê Polonia in Sueciam ad Regni ſuſcipienda gubernacula evocatus, cum ex conſilio *Fr. Mala-Spina*, Legati

Apostolici, *Fabii Quadrantini* Jesuitæ, ac reliquorum, quod uti pro Rege fallax, pro subditis durum, ita pro tempore insanum ex Joh. Baazi *Li. IV. Hist. Eccles. Sueo-Goth. c. 13.* adscribam: *(1) Infringendam esse concilii Ubsalienſis autoritatem (2) Templum in Stockholmia insulare Jesuitis concedendum. (3) Typographiam prohibendam, Clericis Suecicis. (4) ab officio removendos Archi-Episcopum M. Abrahamum, & Pastorem Stockholmiensem M. Ericum Skipperum. (5) omnia in Regno esse disponenda per præsentem Legatum Apostolicum.* Juramentô ac diplomate illo, de quo Piasecius Episcopus Plocensis *Chron. rer. per Europ. gest. ad A. 1594. p. 138.* nec non Gustavi I. testamento, quo libertas religionis sancita, tum deniq; sapientissimo *Levin. Bulovii* Consilio (quod una cum altero *de Societate belli adversus Turcas cum Cæsare Rudolpho à Polonis ineunda.* Eidem Regi Sigism. Cracoviæ in Comitiis exhibito *Dav. Chytræus A. 1595.* primus edidit] posthabito, præter fortunas,

nas, sacra, religionemq; evertere conaretur, Regno ab iis qui poterant, merito dejectus, in ejusq; locum Carolus Patruus suffectus est.

Quātō sanè damnō suo Pontificii plurimi in Protestantes passim terrarum sævierint, cùm ab aliis, tum inprimis præclarè ostensum est à maximo Viro Jac. Aug. Thuan. *aurea præfat. in Histor.* indigitante D. Conring. *in Diss. de Majest. Civil. autor. & offic. circ. sacr. n. CXX.* Imò notentur omnium temporum monumenta, quibus irreligiosa illa, pro aliqua religione exstirpandâ aut propaganda, bella consignantur, & hoc prudentes notabunt, ea nunquam securè finita, nisi per pacem libertate fidei confirmata his, qui pro aris & penatibus fortiter prælia-bantur. D. Mev. *in Disc. d. Amnest. p m. 72.* Et tamen nihilominus Pontificii singularem hîc jactant felicitatem quâ supremum Numen donare ipsis videtur hæreticos persequentes, præcipuè v. si Romanam sedem religiosè colant. Idq; præter alia exempla, Caroli V. Imp. expeditione

tione contra Smalcaldicos, probare fatagunt. Quò pertinent etiam Caraffæ ista, qui, cum narrasset subitam occupationem arcis Kossellæ *Miraculi*, inquit, *loco rem habuit Imperator, nam ut mihi postea retulit, attribuit S. M. hanc gratiam cuidam decreto circa reformationem religionis Austriæ & Stiriæ, facto à S. M. in secreto consilio, illo eodem die quo arx se dedit; Ex quo mihi non defuit tunc occasio suggerendi, esse bonum politicum Imperii, exstirpationem hæresium, non habito quocunq; humano respectu, prout multoties S. M. experta fuerat: & quia semen cecidit in bonam terram, statim fixit radices.* German. Restaur. p. m. 341. Sed quæ ad hæc ejusdemq; furfuris alia reponi debeant, habentur ap. Conring. *d. Diss. n. CXXXIII.* Neq; n. à prosperô belli eventu, ad ejus justitiam, firmum ducitur semper argumentum: cùm vel maximè injusta bella, inusitatâ etiam felicitate Deus interdum prosequatur; utitur sc. illis armis in justam aliorum animadversionem, idq;

la-

latenti aliquâ ratione, à qua divinâ intentione, scopus bellantium infinitis modis diversus est. *v. Diss. d. Jur. Belli sub Præsidio D. Conringi A. 1670. hab. Helmstadi.* Inde ergo apparet, ad quam classem redigendæ sint Catholicorum istæ Sincerationes, quæ sc. sapiunt Hispanicum dominatum & inquisitiones Jesuiticas, quæ item malorum Iliadem secum traxerunt, & in solius pietatis veræq; Religionis reos adhibitæ, tam violentæ ac crudeles quàm fraudulentæ atq; dolosæ sunt reliquæ: quando *non amplius nos puram & infucatam obtinere Aug. Confessionem, & per consequens nec sub pace Religiosâ comprehendi, Imperatorem Jura Ecclesiastica non habentem, neq; illa Protestantibus concedere potuisse, Pontificis & Episcoporum Jurisdictionem suspensam quidem, non autem Potestantibus datam esse,* sibi nobisq; persuadere laborant, & quæ plures id genus artes sunt, quas Præstigiatores Ecclesiastici quotidie excogitant & inveniunt, quibus ad concordiam s. potius seductionem

no-

nostrates sollicitant, quod præter morem penè istius gentis, qui

Ære ciere Viros Martemq; accendere cantu

solent, etiam orando nuper et supplicando, præsertim in *præfat. ad Protestantes*, quos vocat *dilecta Salvatoris nostri pignora, animas pretioso ejus sanguine redemptas*, fecit Jesuita Colonien sis Jacob. Masenius *Meditat. f. concordiâ.* cujus novas singularesq; artes, quibus vafer ille homo insidias Orthodoxæ Religioni struere voluit, notavit ac recensuit post Jodoc. Schlafium *Diss. de Artib. & conat. Masenii* B. D. A. G. Fritzius *in considerat. Polit. sup. Meditat. istam Masenii concord.* magis autem Deo volente propitio, easdem deteget, unaq; cum reliquis vanis & impuris Masenii dogmatib. perstringet Academiæ Gryphisvvald. gravis & doctus Theologus & Professor *D. Matthæus Tabbertus*, cujus Vindicias Aug. Confessionis, in quibus Masenium ex SS. Scriptura & Antiquitate extorrem fecit, propediem diem lucem visuras speramus.

Ex præmissis constare jam arbitror, neq; promiscuè aut facilè diversæ Religionis homines in Remp. recipiendos, neq; temerè & inconsultò ex hac ejiciendos, nedum per saxa, rotas, gladios, furcas, rogos, fidiculas & eqvuleos ad fidem alienam cogendos esse : si præsertim nihil turbulentum, legibusve contrarium tentent, *l. 6. C. d. pagan.* vel etiam pactionibus aliter sit cautum : quas tamen Carolus IX. Gall. Rex circumducendas ratus, quidquid de religionum libertate ante cavisset, pro tempore statutum, non ut perpetuum esset, Hugonotis respondit. *Turpius ejicitur quàm non admittitur hospes*, & multa contrahenda impediunt, quæ contracta haud evertunt, *arg. l. 8. D. d. his qui sui l. al. jur.* Ne dicam quod Laurentius Pignorius Julianus Cæsar, à libertate religionis id consequtus est, ut dissensionum augescente licentiâ, non timeret unanimantem postea plebem. Ammian. L. XXII. cum Tyrannidem id redolere multi arbitrentur. Conf. Zevecot., *observ. pol. in Sueton. Jul. Cæs. c. 19.*

c. 19. p. m. 60. Justin. Ernest. L. Baro à Welz *d. Tyran. c. IV.* D. Schutz *d. rect. silend. ratione c. V. §. sciunt quidam.* Vel *Marianam*, Prudentem Hispanicarum rerum Scriptorem, utut sævum aliàs dissidentium in religione hostem de Judæorum expulsione sub Ferdinando & Isabella facta, conquerentem audiamus: *Judæorum* inquit *multitudinem qui ex Hispania discesserunt, ad certum numerum revocare promptum non est. Plerique Scriptores centum & septuaginta familiarum millia abiisse confirmant, quidam ad octingenta millia capitum ajunt pervenisse. Ingens numerus, at vix fidem facturus: sed unde tamen multis occasio extitit hoc decretum accusandi, gentem copiosam, & quæ omnes vias pecuniæ noverat, removere, à prudentia Ferdinandi alienum existimantibus, magno utique compendio fructuque earum provinciarum, ad quas copiarum Hispaniæ magnam partem, aurum, argentum, gemmas vestemque pretiosam secum detulêre.* L. XXXVI. c. 1. (sed scilicet satius esse,

Ferdin.

Ferdin. putavit Regnô carere & montib. arboribusq; dominari, quàm populo alienis sacris addicto : quam etiam Philippi II. sententiam fuisse, testatur Gio Baptista Adrian. *in Hist. s. temp.* cit. Le Bleu *in Liliet. p. 174.)* Idem qui de Judæis nempe illis, qui remanserant, vi metuq; ut Christianos se profiterentur adacti, alibi ita refert : *multi ex eo numero nc Patriâ carerent, Christo dedêre nomina, pars sinceris animis, alii simulatâ pietate tempori servientes, brevi ad Ingenium, fraudes & mendacia redierunt.* Eâdem fortunâ ac successu cum Anglia Judæos sub Regib. eliminasset, eosdem sub Cromwelio postea revocavit. Sed cum Forstnero *Not. Tac. II. A. circ. fin.* vasto huic gurgiti altius me immittere nolo. Quod si tamen diversitatem illam religionis, præcavendas seditiones, vel metu gravioris motus, ne cum Rep. Ecclesiæ hospitium evertatur, permissam, tolli iterum necesse sit, Magistratus videbit, ut cautè religionem regioni attemperet. Vix ferrô hoc & verbis

bis potius quàm verberibus efficiet. Nova siquidem & inaudita est illa prædicatio, quæ verberibus exigit fidem. *c. quod autem. dist. 45.* Quin & suspicio est, verum non esse, nec rationibus se tueri posse, quod à suppliciis tutelam arripit, nec esse à vero alienum, cui prompta mors testimonio est. Sic Mathematicorum (quinam autem & quâ ratione sic dicti fuerint ap. Romanos, occasione *L. 2. C. d. Malef. & Mathem.* alibi exposuimus, v Cl. Salmas *in præf. tr. d. Annis Climact.*) eo potior fides olim, quo sæpius carceres & vincula passi essent, de quib. Juvenal *Satyr. VI.*

Inde fides arti sonuit si dextera ferro
Lævaq; si longo castrorum in carcere manſit,
Nemo Mathematicus genium indemnatus habebat.

At urbe si solius infidelitatis causa Cives pellas, rarò periculô, nunquam injuriâ carebit, totiesq; cum damno Reip fiet, quoties magnô Civium numerô eamdem spoliaveris. Olim Jesuitæ, qui ad

Edictum

Edictum illud, de quo Meteran. *ad A. 1619.* oppido Moraviæ quod *Brin* vocatur, excesserant, autores proculdubio incendii fuêre, quo magna pars Collegii ipsorum, unà cum proximis quibusdam ædibus, statim post illorum abitum, conflagravit. Præterquam igitur quod remedia, quibus segreges in viam & unitatem Ecclesiæ revocentur maturè adhibenda sunt (quid enim juvat ad sanitatem perducere velle, quæ longum tempus corrupit, aut flectere quæ vetustate coalita obduruerunt) omnis hîc violentia, etiam lenta animorum carnificina, de qua Nazianzenus: *Illud vero* inquit *admodum pravum ac malignum est, quod cum nec apertè nos allicere possit, nec tyrannicè cogere præ pudore vellet, leoninæ pelli vulpinam aut si mavis, Minois larvam summæ injustitiæ prætexens, leniter vim afferebat.* adducente Clapmario, *d. flagit. domin. c. VIII.* cessare penitus debet, secundum tradita à D. Conringio *in sæpius alleg. Diss. n. CVI. seq.* quem si grave non erit, *Lector* ibidem, & in Epist.

Operi

Operi *de Finib. Imp. Rom. G.* annexâ quæ inter illas, *de varia Doctrina, A. 66.* editas, *octavo* extat *loco*, consulat. Eundem, quod attinet quæstionem: *An Judæi in Rep. Christiana tolerandi sint?* ad D. Georg. T Dieterici *Tr. d. stat. & jur. Judæor. in Rep. Christianor.* eiq; annexum Discursum Jo. Kitzelii *d. regali habendor. Judæor. qtn. inter Christianos sustineri possint.* It. Διατάγματα Judæor. à Cl. Hahnio concinnata, remittimus, qui cum Cyr. Lentul. *Dub. Pol. CCCLXXXIX.* nec Hamanem illis imprecamur, nec Esteram & Mardochæum exoptamus.

Pericope VII.

Religio igitur cum fundamentum Reip. sit, magisq; animos, quàm ulla alia remedia combinet, putant quidam Politicorum, & inter eos Machiavellus, eam Status Rationem esse, & proinde sufficere, si Princeps externâ specie religiosus & pius videatur, licet revera non sit, *in Princ. c. XVIII.* ideò, quod homines externâ tantum specie ferè ducantur, & omnia

mnia facta non ex causis, sed eventu æstimet. Machiav. *d. l.* Quò respicit Arnisæus *II. Pol. 5. p 442.* dicens, inter ea quæ Principi authoritatem conciliant, meritò numeratur religio: opinionem inde sumere homines, quasi nil sine divina ope aggredi videantur. Curt. *III. 13.* Profanum Principem contra communiter subditos contemnere. Tac. *XIV. A. 2.* Et hinc à multis Catholicam Religionem magis ob status rationem, quàm animi persuasionem accipi, testatur Besold. *d. educat. c. VII. n. 3.* Verùm quot verba Machiavelli, tot scommata in sanctum verbum Dei. Non religio inventa est, ut scenæ serviat, Sancta, pura, illibata est, nec illotis manibus attingenda, vel summo Deo fucus faciendus. Μὴ πλάνατε Θεὸς μυκτηρίζεται Gal. *VI. 7.* impium de rebus ab externo adspectu judicare. Quid enim si depositio peripetasmate & aulæo, fluidi parietes videantur, & sub religione scelera erumpant, eò licentius quò magis tecta fuerunt. Scip. Amirat. *L. III.*

Disc.10. Forstn. *in I. A.* Tac. *28. L. II. 13.* Deus pietate non scelere regna stabilit, ut exempla Davidis, Constantini, Theodosii testantur. Eodem modo patescit, quid de Calvinianor. promulside, & effato sentiendum, quando se nobiscum in fundamento fidei convenire, eblaterant; ut patet ex iis quæ *Pareu. in Iren. Joh. Duræ. in nup. disc. ed. de fundam. fid.* Diu n. larva detecta est à *Nic. Hunn. tr. d. fund. fid. Meisn. Phil. Sob. p. 1. sect. 2. c. 3. p. 546. & seq.* Et si tales sunt ut eos Bert. *in brev. orb.* describsit, cum eis in gratiam ibimus, cum Ararim Parthus bibit, aut Germania Tigrim. Nec minori infamiâ laborant Jesuitarum æquivocationes & doli *sc.* sancti *Sotus L. V. d. Just. q. 6. art. 2. fol. 163. Jesuvv. Person. in disp. d. æquivoc. & Anonym. Aut. tr. d. æquivoc. ante mortem Elisabeth. in Ang. edit.* Satis ostend. *Norderm. d. jur. Princ. concl. 30. Meisner. Phil. sob. p. 3. sect. 1. c. 7. q. 1. & 2.* quantum à sanctitate abeant. Produxerunt hi nefandum illud dogma, quod ejurata omni fide, Hæretico fidem nullam

servan-

servandam docent. *Simanc. in Institit. Cat. t. 46. art. 52. Men. 1. consil. 100. n. 188.* Mar. Salam *l. 2. §. exactis d. O. J. Decian. 5. Tr. Crim. c. 20. n. 55. per c. ult. X. d. hæret: cauſ: 15. q. 6. c. 4. Con. conſt. ſeſſ. 19. Card. Hos. ad Reg. Pol. ep. 197. Brun. d. Hæret. L. 3. c. 15.* Aliud fas gentium & pacta volunt, quæ turpe & grave fidem fallere *l. 1. d. conſt. pec.* & contra naturalem æquitatem eſſe dicunt. *l. 1. d. pact.* Si dare fidem fas eſt, frangere nefas *Bodin. V. d. Rep. 6. n. 599.*

Annot.

Haud equidem dixerim, Religionem eſſe *Rationem Status*, cum dudum vox iſta honeſtæ originis in invidiam abierit: interim tamen cum Ariſtotele *VII. Pol. 8. 9.* affirmare mihi licebit, eandem *omnis* Regiminis eſſe firmamentum, quæ ſubjectorum obſequia potentius, quàm legum aut pœnarum metus ſtabilire queat. *Sine ea non Princeps officium, non ſubditi facient: ſine ea ſocietas non*

erit, quia non fides, non justitia, non virtus, sed fraus, licentia, protervitas, & unô verbô *confusio hominum ac rerum. Quod frænum erit peccaturis? quis metus satis validus? nam externum illum, qui à pœnis aut morte est, multi contemnunt: & desperatio impetus aut inacundia eò ducunt.* Esto igitur vinculum & firmamentum Reip. *Religio.* Lips. *mon. Pol. c. 2.* Nec vera tantum, sed & simulata Religio, quamdiu sc. larva non agnoscitur neq; detrahitur, hactenus prodest. Unde Aristoteles porro Tyranni etiam alicujus in rem monuit esse, saltem in opinione vivere pietatis erga DEUM *L. V. Pol. c. 12.* cum, ut Machiavellus ait: *Specie magis & colore rerum quàm rebus ipsis homines permoveantur; nam videndi facultas omnes attingit, attrectandi verò paucos duntaxat: nemo non videt quid præ te feras, at pauci sunt, qui, quisis, percipiunt. in Princ. c. XVIII.* Quod tamen longè aliter se habet, quatenus & privatum bonum religio est, &, ut Lipsius describit,

verus

verus de DEO sensus & cultus. Non quidem, fateor, novum hujus seculi vel etiam Machiavelli Atheistæ, ut fertur, Florentini inventum est, Religionem pro regnandi arcano & instrumento status habere, sed jam olim Gallorum, Romanorum &c. scenæ ac statui Reip. religio serviebat; quæ causa est, inquit JCtus iste & Antecessor Altdorphinus, *in comm. ſ. ad Novell. p. 1. c. 1.* quare Ulpianus in *L. 1. D. d. J. & J.* post definitum in genere Jus publicum, mox tanquam speciem jus sacrum subjungit: ex eo tamen hautquaquam patrocinium merentur, qui hodie, in quibusvis etiam turpibus actionibus suis, Religionem pedisequam habent. *Malè adinventa, malæq; consuetudines, neq; ex longo tempore, neq; ex longa consuetudine firmantur*, ait Imperator *in Nov. CXXXIV. C. 1.*

Sed tunc Senectus, atq; longinquus tenor
Ævi fluentis obtinet suum decus

Qvum veritatis nititur fundamine,
Resq; utiles inducit & factu bonas.
Nam seculis adultus error & tumens
Longævitate contumax insciti,
Ceu tetra pestis est cavenda, nec decet
Servare morem, vel vocare seculum,
Cui ratio non conspirat, aut recti color.

Baud. *L. III. Gnom. Jamb. XIX.* Est certè eritq; dum erit morbus, quod Virtutem putamus. Dolendum autem est quam maximè, illos etiam, qui cæteris in exemplum virtutis honestatis & sanctitatis omnis præpositi sunt, quos D. Paulus ita alloquitur: *Imitatores mei estote, sicut & ego Christi:* & vel ab omni specie mali abstinere jubet *1. Thess. 5. 22.* Religionem interdum in quæstus meritorios convertere, dumq; Principes pessima.

simarum suarum actionum DEUM autorem faciunt, venalem stylum illorum propensioni turpiter accommodare Ex quorum numero inter Romanistas fuêre *Joannes Parvus* D. Theologus, qui cædem Ducis Aurelianì à Johanne *Burgundiæ* Duce nefariè patratam, incultâ quadam ac strigosâ oratione, in conventu Procerum Gall. sine ullo pudore defendit, v. *Anti-Mach. L. III. Theor. 8. p.m. 406. seq.* tum Ludovici XI. Gall. Regis confessarius, quem Ferdinandus & Isabella lagenâ signatô auro repletâ corruperunt, ut Caroli VIII. animo religionem incuteret, ac si morientis Ludovici suprema voluntas excepta piis alloquiis fuisset, ut Perpinianum, *Perpignan* [clavis universæ Hispaniæ, & invictum olim creditum. *Histor. Ministeriatus Card. Richel. L. VIII. c. V.*] tanquam malè partum veteri suo Domino restitueretur, *ex Jov. L. I. Aut. Vindic. Gall. contr. Patrit. Armac. c. XXIX. p. m. 254.* It. *Ferrier. en son Catholiq. d' Estat p. 49.* qui passim in *eod. tr.* Lojolitas & Mona-

chos pro Hiſpano cauſas, magnis difficultatibus involutas, pariter ac improbas obtentu religionis egiſſe, diverſa per exempla demonſtrat. Qui aliàs non tam Religionis cauſa & juſto zelo, vel amore doctrinæ, quàm ex nimia vindictæ cupiditate & ſuperbiâ, quæ *morbus ſacer* olim dicta Heraclito fuit, (qualia ſancto injunctæ pietatis titulo palliant (calumniis, quæſtionibus intempeſtivis & ſæpè talibus, quæ pari pietatis adjumento aut ſciuntur aut ignorantur, hominum ſocietatem turbant: ut olim etiam Bellum quod omnium Chriſtianorum conſenſu contra Mahumetanos geri oportuit, utilius ad DEI gloriam contra ſectarios, qui inter nos ſunt, omiſſis Turcis verti debuiſſe, clamarint; *ex Thuan. Compilator tr. d. Rat. Stat. Orb. Turc. & Chriſt. Sect. III. c. 2. p. 20.* de quibus *Ovvenus*,

Reges belligerant, faciunt & fœdera Reges,
Eſt aliquid ſera denig; pace frui.

Presby-

Presbyteri certant atq; immortalia nectunt
Jurgia, litigiis non posuere modum.

In meliore mundi parte, quas faces non accendit prurigo de Religione differendi? causam his dat & dedit, & dabit humana levitas, cujus nullum certius argumentum, quàm litigare de rebus sacris. Animi morbus est, de DEO superfluè quærere. Sed quid agamus? malunt Theologi disputare, quàm vivere *inquit* B. Priolus *d. Reb. Gall. L. XII. n. IV.* Ne in præsens de Sacerdotibus nonnullis dicam, quos auri sacra fames ita vexat, ut si non aliena testamenta ipsis, quorum sunt illa, cum Regulo dictent, quod improbissimum genus falsi, Plinius, judicat *L. II. ep. ult.* certè fœdioribus etiam quàm quæ Horatianus Tyresias Vlysem docebat, obsequiis & officiis, pietatis specie ac simulacro captent; cujusmodi ministeria Magnus Religionis nostræ Interpres Hieronymus ita recenset: *Apponunt*, inquit, *matulam, obsident lectum*,

rulentiam ſtomachi & phlegmata pulmonis manu propria ſuſcipiunt, pavent ad introitum Medici, trementibusq; labiis, an commodius habeat, ſciſcitantur, & ſi paululum Senex vegetior fuerit, periclitantur, ſimulatâq; lætitiâ mens intrinſecus amara torquetur; timent enim ne perdant miniſterium & vivacem ſenem Mathuſalem annis comparant. Hæc *Hieronymus.* Qui conſcientiam portantes in caputio ſ. clericali galero, quo abjecto eorum conſcientia ſimul abjicitur ut loquitur *Ferrarienſis*, ſordidi quæſtus cauſa & ſicubi

Doloſi ſpes refulſerit nummi.

id quod nequam eſt, bonum, lucemq; tenebras appellant, adeoq; proprii magis [*fundi* vox interdum pro crumena accipitur. Macrob. *II. Saturnal. 4. Demiſſa in pauperem fundum manu paucos denarios protulit, quos Principi daret.*] quàm vineæ Domini curam gerunt: quibus væ! & diras omnes Scriptura S. intentat. Sed mitto hæc talia, quibus tamen in ſacrum iſtum ordinem nihil

nihil dictum velim iniquius, ut qui cum Salmuth. *in Epigr. Legal. XV. f.* viros eruditos & graves semper excipiendos esse existimaverim.

Nonnulla etiã affero de simulatione religionis in exteris regionibus: *An nimirũ eâdẽ uti licitum sit peregrinantibus?* Multi, inter quos *Justius Natolius* in Libro *de Fide hominis qui in mundo rectè vivere velit. Lugdun. excus. A. 1605. p. 13. citante verba ipsius* Spizel. in *Scrutin. Atheism. p. 104.* putant personam hîc agendam, & Polypi naturam induendam, fallentesq; fallendos, & si contingat, ut an Catholicus sis, ex te quæratur, affirmes, si Romano-Catholicus, ajas: si missas, hostias, oblationes videas, genua incurves, supplicibus te advolvas, nihil hic impietatis esse, cum animum purum & falsâ religione adfectum non habeas; si non facias, nec tuto tales regiones intrari, & vitam à seta equina sub gladio Damoclis pendere. Credo ego ita in plerisq; Germanorum fidem vacillare, ut in mul-

tis amplius verum non sit, quod *ante omnes fide sint.* Tac. *XIII. A. 54.* sed ut purpuratis Patribus in modum Terentiani Gnathonis ultrò arrideant, & eorum ingenia admirentur, simul quicquid dicunt, laudent, id rursum si negent, laudent id quoq;, negat quis, negant, ait, ajunt; postremò ita imperant sibi omnia assentiri, is quæstus nunc est multo uberrimus. Terent. *in Eun. act. II. s.* 2. Sed ut non solum Pseudopoliticum hoc, ita extremè impium est, fidem abnegare, idololatriam committere, & de cibo & altari Dæmoniorum participare *I. Cor. X.* Ita Augustinus. *in c. cert.* 12. *q.* 1. *Qui non servat sanctitatem foris, dimidius cecidit; si vero intus habuerit simulationem, totus cecidit.* Idem Præsul Hipponensis in *ep. 86. ad Casul. Quisquis metu alicujus potestatis veritatem occultat, iram DEI super se provocat, quia magis timet homines quàm Creatorem.* Non sis hypocrita in conspectu hominum, & non scandalizeris in labiis tuis. Eccles. *c. I. 37.* Certè, adulteram imi-

imitantur hi Politici, quæ corpus cum adfectu conjugali partitur inter maritum & mœchum, quorum huic cum pudore corpus prostituit, Marito verò, cui in totum est obligata, aliqualem cordis affectionem retinet. Sic illi existimant, satis esse, si DEUM qui totum hominem requirit, interno cultu prosequantur, externis verò gestibus, cum Babylonicâ scortentur meretrice, quid hoc aliud est, quàm inter Deum & diabolum cultum æqua portione dividere, ac DEO animam, corpus autem & externum cultum diabolo mancipare. *Nold. d. Nob. c.4.* Horrenda vox est & stylô adamantinô pectori insculpenda: *Qui me abnegat coram hominibus, eum abnegabo coram cælesti meo Parente. Matth. X. 33.* Quid proderunt omnes hujus mundi opes & honores, si animæ periclitandum foret. Marc. *VIII. 36.* Et nullum tibi damnum ex eo quod Italiam Hispaniam non vidisti. Quid enim tam illustre, ut religioni cucullum præferas? Quid Roma? illa ipsa rerum gentiumq; Domina

& falsò æterna Urbs, ubi est? obruta, diruta, incensa, inundata, periit non uno letho, & ambitiosè hodie quæritur, nec invenitur in suo solo. Lipſ. *L. I. d. const. c. 16.* Melius est conscientiam illibatam habere, quàm omnes Regnorum limites & fines vidisse: ne dicam paucos indagare, plerosq; a. vagari, nec nisi fortè secum peregrinari. Idem sentit Mich. de Mont. *es Essais* loco cit. à Le-Bleu *Sceptrograph. Salom. n. L XVI.* eos notans, qui ex longinquis regionibus reversi, consumptâ omni ut plurimùm substantiâ, nihil percunctantibus respondere possunt, quàm tot Urbes, tot castra, tot maria pervisa: tantum distare S. Rotundam à Capitolio, tot passibus Neronis statuam à Marphoreo, vel arcubus triumphalibus Vespasiani, omissis vel intactis iis, quæ ad acuendum intellectum, comparandamq; sapientiam pertinent. Hodiè tamen postquam horrida illa tempestas Inquisitionum desæviit [quæ audiendi loquendiq; commercium olim inter Europæos tollebant, ut

memo-

memoriam ipsam cum voce perdidissemus, si tam in nostra potestate fuisset, obliviſci, quàm tacere] sine magno quidem periculo ac discrime, exteras illas famaq; celebratas regiones adire licebit: modo & ipsi peregrinantes idem, quod populus Utopiæ ap. Th. Morum *L. II. d. opt. Reip. Stat.* observent, qui nihil solicitius cavet, quàm ne quicquam temere de ulla pronunciet religione; nec enim necesse est ut quis ad confitendum se offerat ultrò: sed, præcipientibus omnibus Politicis, in itinere de causa Religionis non est disputandum. Jo. Cunr. Dieteric. *d. peregrin. Studios. c. V.*

Quid si enim depositò peripetasmate] *Mentita Religio*, inquit Sebast. Cæs. de Menes. *Sum. Pol. Tit. III. c. 2. p. 129. hypocritam confundit: facilè nudatur lupus, qui agnum mentitur: doloso cinere non diu cælatur ignis suppositus: in forensibus vulpinari odiosum, in divinis calamitosum.* Vix ulla actionum s. pietatis simulatio tàm est abscondita, quam non ex diuturno aut crebro usu prudentio-

tiores subolfaciant. Quippe prudentibus mos est, non externâ specie actuq; sed alteriore ingenii conjecturâ homines discernere. At vulgus simulata & ficta à veris parum distinguit, famæq; alimentum ex opinione sua incuriosè dispensat. Hinc simulatoribus & dissimulatoribus spes ex vanitate vulgi, quam dispar eventus consequitur, prout placet fortunæ in rebus humanis ludere. D. Bœcler. *Diss. in Tib. Cæs. n. VIII.* Idem quoq; Baudius *Gnom. Jamb. Lib. I. gn. III.*

Fucata quæ sunt haud ab imo pectoris
Deprompta sensu, forsan ignarum queant
Decipere vulgus: at sagacibus patent
Operta fraudum. Nemo personam diu
Potest tueri, vertat ipsa se licet
Vulpina vis in omne formarum genus:
Longè tamen nativa fictis prævalent,
Industriaq; potior est veri color.

Sed & facilè pellucere solent ea, quæ superstitionis munimine, vel pro ipsa religione & ap. populum ejusmodi deceptionibus aptum inq; ipsam superstitionem

pronum

pronum, peragantur. Quanti religionis paganæ superstitio, & Græcis & Romanis sæpè nocuerit, adversus Machiavellum demonstrat Osorius *L. III. d. Nobil. Christ. cit. Conring.* E quibus posteriores Romani sc. licet actionum formulas uti ex *L. 2. §. 6. D. d. O. I.* apparet, ab initio à Pontificum Collegiô petimandassent, iisdem fraudibus queis Numa Pompilius, primus superstitionum Rom. Magister, Scip. Africanus, L. Sulla, Q. Sertorius, Minos Pisistratus, Lycurgus, Zaleucus, de quib. Valer. M *Li. III. add. Cic. & Plat. in Lib. d. LL.* & ex sapientibus Ethnicis plures principia legum ac suggestionum suarum à Diis arcessebant, consortiumq; cum illis simulabant: observatio tamen hæc impetrandarum actionum vix centum annos duravit, utpote per Flavium Scribam sublata, qui Librum Fastorum, ab Appio Claudio concinnatum, eidem surripuit, Populoq; R. tradidit. Quæ devulgatio, cum non absq; insigni, tùm Reip. mutatione, tùm contemptu Pontificum fieret, adeò graviter

viter habuit Patres, ut annulos de digitis, & phaleras de manibus abjecerint. v. Siethman. *orat. Paneg. d. O. J. & dignit. Jurispr.* itemq; *Garro, Eberlinus, Lindeman, Vent. Cæca, Ramus, Muretus,* qui *d. leg.* 2. doctis suis commentis illustrarunt. Certè quod Muhamed struere conatus est, Regnum sacrum, in succedentibus sibi Chalifis, dudum desiit: nec Turcis, Tartaris, Persis aliisq; Muhammedi addictis populis hodiè persuaseris, ut ex instituto sui Prophetæ Chalifatum restituant; ut primùm Lycurgus, Minos, & alii suis legibus fraude hac, autoritatem aliquam conciliaverint, sola tamen hac opinione etiam à posteris eas observatas, haut profectò quis probaverit. Ulterius quoq; observandum est, ubi populus ita decipi aptus, ibi solere multas seditiones passim pullulare. D. Conring. *de summ. pot. autor. c. sacr. LXXIX.* D. Mev. *Disc. V. ex I. A. Tac. th. 127.* Lentul. *in Arcan. Regn. è Tac. p. 279.* E castris quidem penitus superstitionem (quam curiositatis & inscitiæ humanæ filiam vocat) exulare vult

vult *Zevecotius*, cùm obsequium excutiat, variis opinionum & observationum præjudiciis mentes occupet, fidem & autoritatem Ducibus abroget, & omnia agat turbatè. *Observ. in I. Cæs. C. Suetonii c. 59.* Et aliàs inter arcana dominationis commendari solet, ne ambitiosissimus quisq; , aut vanitati & superstitioni deditum, vulgus ex Astrologorum affirmationibus vel spem vel metum improbè capiat, & in Reip, ac Principis exitium convertat. Clapmar. *d. Arcan. domin. c. XIII.* Forstner. *in Tac. II. A. 27. 2.* ne dicam quod vanitas superstitionis ejusq; commenta ap. multos ipsam veram & rectam religionem in suspicionem falsitatis adducant. Gens superstitioni obnoxia, religioni adversa est. Tac. *V. H.* De Tiberio Sueton. *c. LXIX.* Circa Deos & religiones negligentior, quippe addictus Mathematicæ, persuasionisq; plenus, cuncta fato agi : fato sc. quod primo cujusq; ortu ventura ex stellis destinat. Tac. *VI. A. 22.* Subtilior ergò magis quàm verior est argutatio illa *M. Scali-*

Scaligeri, qui ita: *Nulla humana opem melior ad cultum Divinum augendum, quàm superstitio. Quemadmodum ambitio vitium est ipsa, maximarum autem virtutum mater: Ita superstitio, de qua paulatim cùm aliquid auferas, qs. urſæ catulum lambendo formas. At qui nudam illam ac simplicem religionẽ ab initio hauserunt, minimõ quoq; argumentô labefactantur, levissimo attritu gracilescunt, atq; tandem ἄθεοι fiunt.*

Jesuitarum æquivocationes & doli (sc.) *sancti*] HOC nomine Jesuitæ clarent, ut ex fraudibus & dolis consuti esse dicantur. Pietatem externis gesticulationibus, vestitu, incessu mentiuntur, pelle ovinâ induti ambulantes. Sed cave tibi à fermento eorum: intus sunt lupi rapaces. Non omne quod splendet, aurum est, nec cucullus vel sphærula precationum devotum facit, sed intima cordis affectio. Probate Spiritus unde sunt. *1. Joh. 4. 1.* Intus si adspicias, & si recludantur pectora, viderentur laniatus & ictus, ut quemadmodum corpora verberibus

ribus, sic cupiditatibus, libidine & malè consultis dilacerentur. *ut in fim. Tacitus.* Toti Pœni sunt & versipelles, maximè verborum ambiguitatibus, quas ita circulant, ut non nisi captus te captum sentias. Has æquivocationes vocant, has, præsertim in religionis negotio, licitas esse dicunt. Describit eas Norderm. *d.jur.Pr.concl.XXX.* Adeò autem cum pallio Jesuitico eas induunt, ut non nisi cum ultimo halitu deponant; & in signũ hujus artis gestant caputia, quæ ventis Cardinalibus cornua obtendunt, ut unde spirat, eò capita & consilia illorum vertantur. Sed quantum hæ æquivocat. artes à vera absint pietate, quilibet, qui tantum per transennam vidit, quæ vera pietas, facilè intelligit, & prolixè demonstrat cum quanto peccato conjunctæ sint Norderm. *l.c. & alii.* Sincerationes dici non possunt, cùm nihil faciant ad Rempubl. conservandam, nec Jesuitæ ad Reip. gubernacula promovendi sunt. Irrepant licet aulas, tamen cum pulvisculo everrendi sunt: & cognitum hactenus, plus

illos

illos dedisse turbarum quàm boni pepererunt. *Martin. Navarrus*, Jesuita Hispanus, peculiarem libellum de æquivocationibus edidit, quibus Jesuitæ à Magistratu hæretico examinati veritatem supprimant; ubi inter cætera vehementer probat responsum æquivocum Franc. Monachi, qui interrogatus à lictoribus homicidam persequentibus, an illac, ubi Franciscus erat, homicida transiisset, immissis manibus intra manicas respondit: hac non transiisse, subintelligens per communem intelligentiam, homicidam non transiisse per illas manicas. *Egregium factum & Momacho dignum*.

Nefandum illud dogma] Catholici omnibus suis tractatibus, actionibus, pacificationibus, si eis utiles non sint, & quò facilis frangere possint, hanc maximam substernunt; *Hæretico non esse servandam fidem*. Offucias simplicioribus faciendas, esse datam fidem contra honestatem, bonos mores, & securitatem sedis Romanæ; talia autem, etiamsi jumentum accesserit, non esse servanda tanquam

tanquam impossibilia juris. *arg. l. 15. D. d. condit. instit. l. 158. D. d. R. J.* Frangenti fidem, fides frangatur eidem; jam verò hæreticos DEO esse infideles. Hisce tamen non obstantibus, Heros ille Ecclesiasticus D. Lutherus Vangionum Urbem olim adiit, cujus tum vox hæc generosa excepta fuit: Wann auch so viel Teuffel zu Wormbs/als daselbst Steine auf den Dächern wären / wolte er doch dahin ziehen. Sed pellendæ nebulæ istæ Solis radiis. Si fidem dare fas est, frangere nefas: si vero turpe est hæretico fidem datam servare, turpius est dedisse. Proponenda itaq; potius quæstio: An hæretico fides danda. Cl. Boxhorn. *L. I. Pol. Inst. c. 11.* Ast fidem fallere grave *l. 1. pr. D. d. constit. pec.* turpe. *l. 1. pr. D. d. pact.* & contra rationem naturalem ea quæ semel placuerunt, non servare *per eand. l.* Jus Gentium quod cum hæreticis & infidelibus commune est, *arg. l. mutus 43. §. 1. D. d. procur. l. 12. pr. d. judic.* à quo pactum & contractus sunt. *§. 2. I. d. J. N. G. C. l. 5. D. d. J. & J.* ab utraq;

utraq; parte paciscentes obligat. *l. 19. D. d. V. S.* Ideoq; alter sine alterius præjudicio & interesse decedere nequit. Ea enim quæ primò sunt voluntatis, postea fiunt necessitatis. *l. 5. C. d. O. & A.* & quod semel placuit, amplius displicere non potest *c. quod semel d. R. J. in 6.* Nec ulla hîc Reip. utilitas vel necessitas, ut minus sincerus esse debeas; nihil contra te hæreticus machinatur, quo securitatem Reip. turbat: imò si recta judicii lance tecum examinas, securitatem stabilit, dum ne tu perfidus fias, in fide manet. Nec quæ de Romanæ sedis salute dicis, adeò maximè timenda, quia secura est, sedes non læditur: aliud si vis, pereat sedes cum sessore & satellitibus. Hinc ergo apparet, quantâ infamiâ Patres Concilii Constantiensis, inprimis duo illi, *Nicolaus Abbas Panormitanus & Ludovicus Romanus* deflagrent, qui Sigismundo Imperatori scrupulum de violanda fide exemerunt, eidemq; autores fuêre, ut *Jo. Hussum & Hieronym. Pragensem*, contra securitatem publicam & fidem datam

datam, Ladislao Bohemiæ Regi, infaustis ignibus cremaret. Sapientius Carolus V. Imp. Lutherum fide publica ad Comitia Wormatiensia evocatum (quem Eckius eâdem impietate, quâ Hussum & Hieronymum obligari, clamabat, ac fiducia Constantiensis decreti, fidem hostibus fidei non esse servandam, contendebat) salvum & incolumem dimisit, dicens: *Si Fides toto Orbe exulet, apud Imperatorem immotam consistere oportere.* Utut *Campanella Hisp. Monach. Dominicanus. de Monarch. Hisp. c. 27.* (cujus scopum quem sibi propositum habuit ea scriptione, *Aut. Arcanor. Hisp. dominat.* indicat *c. XXXIV. & ult. f.*) contra omnem rationem Politicam id factum, & Carolum generosa quadam pietate deceptum fuisse, sibi persuadeat: dum salvum conductum quidem ipsis adhuc Comitiis servari debuisse ait, Luthero tamen domum repetenti viam præcludendam, & insidiis vitam eripiendam, Proceres Imperii Lutheri partibus addictos, è medio prorsus tollendos mortiq; tradendos fu-

isse. Idem Carolus V. post captum Saxon. Electorem Joh. Fridericum Wittebergâ potitus, cùm Hispani Lutheri cadaver effodere atq; exurere vellent, inhibuit: *Sinite* inquiens, *eum quiescere. Si malè docuit vel vixit, Deus vindex & ultor erit. Cæsar sum vivorum, non mortuorum.* Zinckgref *p.* 2. *apopht. p.* 11. Negat equidem *Martinus Becanus* Jesuita, fidem Hussо & Pragensi datam violatam esse, duplici argumento. [1] Quia Imperator qui dederit, non violaverit, sed Patres Concilii, qui non dederint, quibusq; insciis & invitis Imperator dare non potuerit. [2.] Quia data fuerit tantùm contra vim injustam, non etiam contra justam & juris exeqvutionem, cujusmodi fides impedimento non sit, quo minùs morte dignus, mortis supplicio afficiatur. Verum Resp. ipsi *Wisenbachius*, dum quærit: Imperator non violavit fidem? Imo violavit, dum cremari permisit, quos salvos & incolumes domum reversuros promiserat. Et unde id sibi sumpserunt purpurati Busiri-

des,

des, ut autoritate Cæsaris abuti licuerit, ad inescandas & illiciendas in fraudem credulas mentes hominum, qui alia lege se non erant commissuri judicio capitalium inimicorum? Non fuit in potestate totius Concilii (si Concilium est dicendũ, & non potius conspiratio, ac infandorum capitum conciliabulum (nec cujusquam mortalium, solvere ejus animum nexu religionis, quo se suâ sponte devinxerat. Deinde verba Rescripti Imperatoris, latissimè concepta sunt, & plenissimam potestatem tribuunt istis Bohemis, eundi sine ullo metu ac redeundi; qui ut exactis apparet, nunquam legitimè convicti fuerunt illa Sacrarum Scripturarum autoritate. Vertant igitur se in omnes formas, qui quo jure, quave injuria, Pontificiam tyrannidem defendere contendunt, non tamen efficient, ut Hussus & Pragensis jure cæsi esse videantur, aut in eorum persona fas gentium non sit impia fraude temeratum *p. 1. Exerc. IX. th. 10.*

Pericope VIII.

Subditi verò Rebelles an ſeveritate ad obſequium redigendi ſint, ita ut res ab executione inchoetur, an bonis verbis & Sincerationibus, dubitatur? In conjurat. Catilinaria Cato eos ſtatim necandos ſuaſit: nam cætera maleficia, inquit, tùm perſequare cùm facta ſunt, hoc niſi prævideris ne accidat, ubi evenit, judicia fruſtra imploras Sal. *in conj. Cat.* Nihil in vulgo modicum, terrere, ni paveant, ubi pertimuerint, impunè contemni, adjiciendos ex Duce metus ſublatis ſeditionum autoribus. Tac. *I. A. 29.* Punitur in L. M. & perduellionis crimine conatus pro facto *l. 5. pr. C. ad L. Jul. Maj.* nec præruptæ ſeditiones, factionesq; moram recipiunt *l. 6. §. 9. D. d. injuſt. rupt. & irrit. teſt.* Sed velox reſiſtentium debet eſſe ſupplicium *l. 2. C. quand. lic. un. ſin. jud.* Melius eſt jura intacta ſervare, quàm poſt vulneratam cauſam remedium quærere. *l. fin. C. d. reſtit. in integ.*

Neceſ-

Neceſſitas & æquitas poſtulat, ut manu potius & imperio militari Resp. componatur, quàm jure & proceſſu ordinario. *L. 3. Ne vis fiat ei qui in poſſ.* Et hæc eſt conditio eorum, quorum de affectato regno ſuſpicio, non niſi occiſis, minuitur. Ita Sejanus dolo magis quàm principali autoritate cecidit. Sueton. *in Tib. LXV.* Tac. *V. A.* Cæcinna vix triclinium accedens, juſſu Titi confoſſus. Suet. *in Tit: n. VI.* Guiſii & Marchio d' Ancre ita ſublati. *Sleidan. contin. part. III. L. 13.* Id *p. IV. L. 6.* Et nuper τὸ πηδὸν αἷμα πεφυγαδευον Wallenſtainius. *Qua occaſione hunc proceſſ. juris rat. niti, prolixè probat Joh. Berlin. in Diſcurſ. qui inſcr. Lex Valeria. Clapm. IV. Arc. Pol. 12. Boccal. L. III. Relat. Parnas. c. 3.* Contr. ſentent. Julius Cæſar *in conj. Catil.* fovet, ideo, quod omnes cruciatus ſint minores quàm facinora, ideoq; vincula & captivitates adhibendas ſuadet. Sal. *d. l.* nec debere quenquam indicta cauſa condemnari, docet *l. 1. d. requir. reis.* Alii ad Sincerat: &

bona verba deflectunt, variis artibus rem agendam: spem offer, inquit Tacitus *I. A.* metum intende, sed inprimis per artes divelle eos & disjunge, quo remedio tutissimè consensus multitudinis tollitur. Tac. *d. l.* vel quosdam subdolè ad eos mitte, qui eadem velle simulent, quo plus autoritatis consiliis ineſt. *Id. II. H.* Hi fallent. Tu quoq; da verbum, quia verba apud eos plurimum valent. *IV. Hist. 73.* Offer blanda *inquit Lipſ. VI. Pol. 4.* imò ambigua promitte, quid refert, facilè mox irrita facies, quæ per seditionem expresserunt. Tac. *I. A.* Ego bonum hunc totum dolum toto ostio admitto. Falle, falle potius, quàm cæde, quod si quid hic maculæ elui velim lenitate & clementia. *Hactenus Lipsius.* Puto disting (1) ut si autores seditionis potentes & magni sint, occultis fraudibus si possint, custodiæ mandentur; quod si non sufficit, & Resp. discrimini exponatur, fortioribus remediis agendum. Tac *I. A.* Veniæ hîc nullus locus, in patriam improbi, cui & quando unquam boni

boni? ne ſpera Lipſ. *IV. Pol. 10.* Abſcindendi ſunt, neq; tam ulciſcendi cauſa, quàm ut etiam in præſens ſceleratos cives timore ab impugnanda patria deterreas, & in poſterum documentum ſtatuas, ne quis talem amentiam velit imitarier. *Cic. ad Brut. ep. 15.* Forſtn. *in Tac. IV. A. 2. p. 331.* (2) Si naſcens ſit malum & nondum adulta ſeditio melioribus conſiliis flectatur Tac. *I. H. 31.* mitte, qui moneant, ſuadeant, & præſertim eos, quibus facundia adſit, mulcendiq; vulgus artes & auctoritas. *III. H.* nulla hic nec levia indicia negligenda. Viri fortis eſt, ut nihil timere, ita nihil contemnere. Liv. *L. VI.* & quem ſpreveris hoſtem, negligentia valentiorem efficies. Curt. *L. VI. c. 3.* Ita prudenter Fulviæ judicium de Catil. conj. amplexus Cicero. Sal. *in conj. Cat.* Forſtn. *hypom. pol. VII.* Et tunc ſi fieri poſſit, mora injicienda, ut reliqua detegantur: pauci ad perpetrandum ſcelus non ſufficiunt, plures prodere ſolent. Machiav. *II. H.* Guicc. *VII.*

Annot.

Quanquam Magistratus propter denegatam â subditis obœdientiam, possessione sua Jurisdictionis minime excidant. *Innoc. ad c. olim 17. pr. X. d. restit. spol.* nec propter rebellionem istâ priventur, uti disertè tradit Bald. *l. 2. n. 44. C. d. servit. & aq.* imò licet interdum Imperantes occasionem inde captent privilegiorum adimendorum, [qui & similes modi inter secretiora Monarcharum consilia, præsertim si restricta potestate certisq; imperent legibus â *Vittor. Siri, qui temporum nostrorum filum Hetrusco idiomate pertexuit, tom. II. L. 3.* recensentur, & ex dissidiis subditorum eorum qui præsunt, securitas stabiliatur, quod de Albano refert Meter. *ad A. 1573. p. m. 140.*] regulariter tamen, quantum morbus in corpore humano, tantum seditio & gravior inter Cives dissensus in Rep. valet, ad dissolvendum eam si forte radices egit. Pythagoræ hoc dogma fuit aureum planè, & dignum publicè proponi:

Δεῖ φυγαδεύον πάντα τρόπον καὶ ἐκκόπτειν τὴν νόσον ἀπὸ τοῦ σώματος, τὴν ἀπαιδευσίαν ἀπὸ τῆς ψυχῆς, τὴν ἀσέλγειαν ἀπὸ γαστρὸς τὴν στάσιν ἀπὸ πόλεως τὴν διαφωνίαν ἀπὸ τῆς οἰκίας καὶ κοινῇ ἀπὸ πάντων τὸ ἀκρατὲς. Quod ita vertit *Puteanus Cent. II. Ep. 84. Fugare modis omnibus oportet & resecare morbum à corpore, insciti am ab animo, libidinem à ventre, seditionem à civitate, discordiam à familia: in summâ, intemperantiam ob omnibus.* Et annon ipse DEI Filius de regno dæmonis illud quod glorioſiſſ. Imperator Carolus IV. in aur. B fuſius illuſtrat, tradit: *Omne*, inquiens *Regnum in ſe diviſum deſolatur.* Luc. *II. 17.* Quantum damni Italiæ perantiqua factio Gibellinorum & Guelphorum [cujus originem ex Bern. Corio p. 1. Hiſt. Mediol. repetit Garmer. in annot. ad Zuccol. *d. R. S. p. 67.*) Friderici II. & Papæ Gregorii IX. partes ſectantium, ut & partialitates domorum Lancaſtri & de Yorck Angliæ, Aureliæ

& Burgundiorum, Galliæ attulerint, Historiæ testantur. Im Hoff *singular. Pol. c. XV.* Per discordias Civiles exteri attollunt animos. Liv. III. Et porta patens partialitas ad introducendos hostes. Dumq; semina seditionis fovemus, ipsorum rem agere videmur. Probè *P. Syrius:*

Ibi semper est victoria, ubi concordia est

Salust. *Or. II. ad C. Cæs. d. Rep. ord. Qua tempestate Urbi Romæ factum excidii adventarit, cives cum civibus manus conserturos: ita defessos & exsangues regi aut nationi prædæ futuros.* Extranei enim & finitimi, si Imperium vel dissidiis languere, vel alio modo ad periodum vergere cernunt, multis promissis & Sincerationibus ejus & spem & successionem sibi præparant: & tunc existimant anguillarum capturam esse, namq;

Est captu facilis turbatis piscis in undis.

Hinc

Hinc Otho ap. Tac. I. *H. 83. Si hostibus eligendi facultas detur quas mentes imprecentur, nihil aliud quàm seditionem & discordiam optaturos.* Nec leve Drusus quæsivit decus, inliciens Germanos ad discordiam II. *A. 36.*

Ac licet crebrò corrixantes porcos lupi conciliare & partes, qvum civilibꝰ discordiis confligunt ex aggressione externa facilius coire, viresq; si non animos consociare soleant: quo tendit vox illa Helvetii, quando cuidam Cantonum fœdus haut diu permansurum asseveranti, ad hunc modum respondit: Ich und mein Weib haben auch bißweilen Streit und Zanck im Hauß: Aber wenn wir sehen ein Schwein in unsern Garten brechen/ und drinnen wühlen/ so lauffen wir beyde zu und schlagen dasselbe hinaus. prudentiores tamen spatium haut illibenter cum Alexandro Parmensi hosti aut dissentienti populo permittunt, quo suis se viribus attenuent. F. Strad. *d. Bell. Belg. Dec. II. L. IX. p. m. 696. f.* vel & debilioriparti occultè submittunt auxilia,

non quæ finiendo sed quæ trahendo in longum bello sufficiant. D. Forstn. in Tac. *I. A. 55. n 2.* Insuper abominabilis est coram DEO omnis seditio ac conspiratio, quod præter Scripturam S. & plurima alia evidentia signa iræ Divinæ, sylva quædam Galliæ & quercetana dicta *le Bois de la trahison*, testatur, in qua jam inde à tempore Caroli M. quo *Sieur de Hauteville*, una cum conjuratis asseclis, contra gentem *des Ardennes* & Pares Franciæ admensam lapideam, quæ adhuc hodiè ibidem ostenditur, conspiravit, eosq; cum multis aliis Nobilium Procerum in eadem sylva trucidavit, arborum cæsarum remanentes surculi non renascuntur, ut videatur DEUM ultimo conspirantium supplicio, qui in loco delicti combusti sunt, placari non potuisse nisi & in arboribus ministerium quodammodo, ad immane istut facinus commodantibus, ne quidquam ultioni deesset, pœnam suam decerneret. Permissu ergo D E I, at vitio hominum, res humanæ perturbantur, & vel in Principem

pem ſuum vulgus inſurgit, vel Proceres inter ſe committuntur: quod quibus ex cauſis evenire ſoleat, Ariſtoteles *V. Pol.* & Forſtner. *Not: in Tac. XV. A. 49. ſeqq.* aliiq; exponunt. Perduelliones autem rectè fluviis comparantur, qui alveos dilatant per ipſum lapſum, innumeris rivulis ſuſceptis. *Miniſt. Card. Richel. L. IX. c. 34. in reminiſc.* Sciant ergo Imperantes attollenti ſe flumini ſtatim molimina objicere [fruſta enim violentiæ occurras, ubi ruptis crepidinibus alveus, libero campo ſine modo legibusq; ſolutus, ſpatiatur) & principiis obviam ire, nec μικρον illud ſ. *exiguum*, quod Ariſtoteles ſubinde cavendum præcipit, inſuper planè habere, cùm, ut idem Philoſophus benè animadvertit, non de rebus parvis, ſed ex rebus parvis ſeditiones fiant, quarum prima incitamenta niſi caveamus, verendum eſt ne ſedando motui poſthac impares eſſe deprehendamur. Non tàm facile componitur ſeditio, quàm excitatur. *Facilius* inquit Lentulus *in Arc. Regn. è Tac. c. XXVIII.*

p. m. 369. est hostem armatum prælio superare, quàm civem recalcitrantem imperio regere; & adversam belli fortunam novo sarcire προπόήματι, quàm coortam inter suos seditionem supprimere. Tumultum præterea levissimus quisq; vel consentiens in vitium multitudo, excitarit: quemadmodum domum magna diligentia & sumptu positam anicula fatua injecto igni aboleverit, vel caries è vetustate materiæ nata exederit. Labantem v. sustinere, & à ruina fulciendo prohibere, architecti est non mediocri arte præcellentis. Ergo sub herba opprime &

Principiis obsta, serò medicina paratur,
Cùm mala per longas invaluere moras.

Caveant homines, ne obdormiscant circa turbarum materias primas & inchoamenta, *monitum est, & quidem prudent. Bacon. d. Verulamio in sermon. fidel. c. XIX.* Sæpè modicis remediis primi motus consederunt, Tac. *XIV. A.*

nec

nec tàm consulto quam facto in discordiis civilibus opus est, in quibus nihil festinatione tutius. Id. *I. H. 62.* Ut verò Regnantes viribus atq; potentia instructi vel non sunt, ita vel impetu quodam vel cunctatione agunt: & vel violentis vel blandis remediis adversus seditiosos utuntur; Quorum illi sicut ad præcavendas seditiones populum bellis semper implicitum tenere, aut constituta mercede quam præsidiis persolvant, cives adeò infirmos efficere solent, ut & abjectissimi sint, & facilè contineri possint. Quos & similes modos Gallis usitatos tradit Jm Hoff *d. c.* ita forti manu & armis, nec ulla impertita mora rebelles præsertim potentes & magnos *D. Aut. h.* provincias item, quarum una alterius fidem labefactat, & exemplo suo ad defectionem invitat, vel quotiens levioribus remediis morbi asperitas aditum occludit, ad obsequium redigunt cum Semiramide, quæ cum ipsi circa cultum capitis occupatæ nunciatum esset, Babylonem jam defeciisse, altera capillorum parte adhuc soluta

soluta & incompta, protinus ad eam expugnandam lecto exercitu festinavit, vel capita præcipuosq; seditionis autores, quoties nimirum præruptæ seditiones factionesq; cruentæ moram non recipiunt, per *l. 6. §. 9. D. d. injust. rupt. & irrit. test.* nec citra grandem invidiam & ingentem animorum exasperationem publicè illos tollere licet, non accusatos vel damnatos vid. publico judicio nec quicquam tale metuentes opprimunt. Quod Guisiis & Concino, quorum *Aut. h.* mentionē facit, in Gallia accidit; & Lege olim Valeriâ, quæ permisit sine ullo ordine ac strepitu judicii eum occidere, qui dominationē tantum concupisceret, *ut Plutarchus in Publicol. autor est*, concessum legitur. Ajunt, controversiis acerbis inter Henricum III. Call. Regem & Guisium exortis Casparum Schonbergiū Nantolii Comitem, Regi apprimè fidum, aliquoties hunc admonuisse, moderationem servaret, vulgi & inconditæ multitudinis, quæ ad omnem auram mutabilis est, favore suam inniti potentiam, respiceret

ad

ad miseriam liberorum. Cui animosè respondit Guisius: *In hoc nati sumus, ut decus vitæ discrimine quæramus, meorum patrocinium eidem qui me huc usq; protexit, DEO commendo. Neq; enim eos suscepi ut consiliorum meorum rationes interturbarent: si me, antequam adolescant, belli fortuna eripiat, ipsi suæ fortunæ, sicut meæ sui aliquandq fabri sint, & se majoribus suis dignos virtute propria ostendant.* Thuan. *Hist. L. 93.* Qui quomodo pellectus blandis persuasionibus ac largis promissis, tum ab ipso Rege insigni dissimulandi artifice & Ordinibus Regni ad Comitia Blœsensia primum, mox verò è Procerum consilio ad cubiculum Regis accersitus in ipso statim ingressu, dum metus ac suspicionis plenus aulæa levaret, ab uno & altero ex insidiis prorumpentibus confossus, ejusq; corpus rogo impositum in cineres postea redactum sit, ex *Ens & annalibus Jansonii*, referunt *Pezel. Mellif. Hist. p. 3. p. 502.* Chokier, *Thesaur. Pol. L. II. c. 15. Ex. V.* De qua cæde Baudius *L. I. Jamb.* ita:

Proh

Proh splendidum spectamen humanæ
rei!
Jacet cruenta morte plusq; simplici
Confossus ictu, fœdum odore, pallidum
Visu cadaver: quem modo omnis vi-
derat
Regi minantem & imminentem regiæ,
Ob cujus os Galli om vertebant sua:
Is ille crudo nunc sub ense pesumam
Pestem oppetivit, exitu notabili
Monstrans quid odia tempus in præ-
sens diu
Suppressa possint nacta vindictæ mo-
dum:
Quantiq; constet subdito Regem sa-
crum
Dominæ solo urbis expulisse vi metus.

Et hoc Guisio interfecto Henricus ad matrem Catharinam isto se die Galliæ Regem factum dixit, quo Pavisiorum Regem (ita Guisium vocabat) occidisset. Ad quæ Mater: Scisuram egregiè feci, nescio an tam benè futuram facturus sis. Forstn. *in Tac. XIV. A. 8. verb.*

illo

illo sibi die dari imperium. Mareschallus autem d' Ancre, Galliæ Sejanus, cum *A. cIↃ. IↃ. CXVII. 24. April.* horâ antemeridiem decimâ ad Luparam venisset, *Vitrius* Præfectus stipatorum venientem ex jussu majori aut gradum sistere jubet aut mori, simulq; stipidem s. bacillum, quo designare imperia moris est, ipsi ostendit. Renuit ille ac pedem aliquantum retrahens, non quod fugam sed defensionem moliretur, *Egone?* inquit. Id ubi vidissent qui Vitrium comitabantur, tribus eundem sclopetorum ictibus ad pontem Luperanum prosternunt. *Inventaire General des affaires de France ad prædict. an. Paulo aliter Gramond. Lib. II. Hist. Gall. p. 158.* De cujus uxore *Galigaya* veneficii seu Magiæ suspecta conf. Id. Gramond. *Lib. II. p. 166.* Qui de Marchione Anchoritano alibi ita: *Arguebant hominis novi fastum & arrogantiam, dum jactantius offert è penu sua, arma, militem, & in quatuor menses stipendium: immensos esse sumptus, quibus sex peditum millia, octingenti equites sustenten-*

sustentantur : furto ablata arroganter restituenda de publico. eod. Lib. p. 153. De hoc procedendi modo quid sentiendum tibi sit, ex *Clapmar. loco quem cit. Aut. h.* (cui add. c. XIX. ejusd. Lib.) & reliquis *h. peric.* allegatis, inprimis Berlini Lege Valeria primùm ni fallor, *A. 1634. Lesnæ Polon. excus.* cognoscere licebit. Ego sanè cùm nullum adversus factiosos, qui ne hostium quidem legitima appellatione decorandi, bellum Clarigatione in jus vocationi respondente indigeat : Ideo *Seneca* distinctè dixit, *Indicta bella finitimis, aut gesta cum Civibus. III. d. Ira. c. 2.* nec judicii sanctimoniâ culpæ manifestis, nocituris q; nisi præveniantur, applicandam censeo. Nam quorum adeò notorium & crimen, ut nullus dubitationi sit locus, à quibus certum Principi ac statui exitium imminet, quibus cum lege agere sine motu rerum non possis, eos etiam inauditos tollere reipsa satis convictos nihil vetat. Lentul. *Arc. Regn. p. 169.* Est huic, si per se adspiciatur, aliquid ruboris, si autem admotis necessitatis viribus ponde-

ponderentur, convenientia sævitiæ temporis videntur præsidia, ut Val. Max. ore loquar. *L. VII. c. 6.* Vix patitur moram hæc res, & principiis obstandum est, ne pars Syncera trahatur: Longa autem litium & processus sufflamina & anfractus, nec hac ratione salus Reip. in tuto, nisi aliquando mora sit injicienda, ut reliqua detegantur. *Aut. h. f.* tum quoq; extraordinarium est hoc crimen, adeoq; modum exequendi s. puniendi extra ordinem requirit: ut, quemadmodum rutilans fulguris ictus, quamvis cum fragore tonitruum uno eodemq; modo nubes perrumpat, prius tamen oculos ferit, quàm tonitru audiatur: & ut ante sanguis quàm hiatus vulneris cernitur, ita ejusmodi perduelles etiam ante ruere debeant quàm se ruere sentiunt. Hinc licet nonnulli Scriptores factum Othonis II. quando in Proceres perfidos ac rebelles animadversurus, eosdem Romæ ante gradus Petri epulatum vocatos, medias inter dapes occidi jussit: ad infamiam potius quàm famam Imperatoris raptare

re voluerint, *sanguinarium* inde eum vocantes: *D. Dietericus* tamen mitius cum Othone agendum existimat, in ejus historia à se conscripta *p. 90.* ubi inter alia ita: *Si mensa detestabilis, novumq; exemplum notâ dignum, in eo tamen exemplo habemo, quod pœna seditiosorum aut tumultuantium absq; nota crudelitatis sit. Luere pœnas seditionis & desertionis, & in magistros scelera redire sua, id publico datur, & meruit memoriam Otho, quod acerbius in acerbis temporibus non pigratus est multare, per quos Resp. malè mulctata fuerat. Delictum illud seditionis aut desertionis paratam debet habere executionem: nam ne serpat malum latius, expeditis est coercendum suppliciis, quò majus periculum subest: nam qui parcit seditiosis Vertumnis, præsertim qui facilè se vertunt ad mala, is Reip. nocet, cui utilius est, improborum supplicium, quàm impunitas scelerum. Improbitas seditionis extorquet gladium Regis, arcessit τὴν*

πμω-

πρωρείαν, ἀκολουθον τῆς κακουργήμασι. *Magistratui ἡ εμφασια data ut puniat, deliberatâ tamen prius causâ & previa cognitione matura. Impunè puniunt Reges delinquentes, etiam absq; mora, ubi publicè interest statim in delicto plectore, velut insignes latrones, vel seditionum concitatores, vel duces factionum, ita docente Modestino JCto in l. Constitutiones 16. D. d. appell.* Ne tamen obliquis judiciis, delatorum invidia, aut per suspicionum nebulas, ut loquitur Marcellin. *L. XIV.* ad decretorium hunc stylum descendat Princeps, sed probationibus certissimis suffultus: aliàs salutare hoc Remp. liberandi remedium detestandum dominationis flagitiũ erit. Clapm. *d. flagit. dom. c. 10.* Sed & periculi publici ratiocinatio non qualiscunq;, sed quæ possit Viri prudentis judicio prorsus satisfacere, heic intelligitur, not. D. Bœclero *in Diss.* cui Inscriptio: *Judex unus est multi A. 1658. hab. Argentorati. p. 16.* ubi addit, rumoribus & siniſtris judiciis plurimum obnoxia esse, quæ ex tempore qua-

quacunq; de causa exercentur supplicia. Quæ res faciat ut non minùs de quæstione consilii, quàm de quæstione juris hic cogitandum sit. Quando autem de Principis agitur agnatis, qui Gall. vocantur *Princes du sang*. rigor solitus in hoc casu clementiâ temperari solet, & vel mente iterum placata dimittuntur, quod Tiberius, etiam sanguinis humani aliàs sitientissimus fecit, de quo Tacit. *II. A.* quanquam multi è domo Principis, Equitesq; & Senatores, sustentasse opibus juvisse consiliis dicerentur, haud quæsitum, vel custodiæ cum Condæo. *de quo v. Inventaire General. ad A. M. Dc. XVI. p. 699. & ad A. XIX. p. 898. ubi agitur de ipsius liberatione.* & quidem sub honoris specie, mandantur: sicut olim Rheseuporidi sub istâ valida circumdata manus Tac. *II. A. 67.* quem modum etiam cautissimè in effectum deduxit sceleratissimæ sævitiæ homo Cæsar Borgias, cùm specie honoris captos Ursinos & Vitellos Senogalliæ trucidavit: quam tragædiam singulari libello graphicè descripsit. *Nicol.*

col. *Machiavellus.* Cùm enim Reges gentilium ſanguinem effundi vetant, ſuo ſanguini parcunt, & dum propinquorum, propriæ pariter ſaluti conſulunt. Unde Joannes II. Dux Alenzonius bis ex eadem Majeſtatis cauſa capitis damnatus, quod cùm hoſtibus adverſus Regem Carolum VII. Rempublicamq; conſpiraſſet, utriusq; judicii pœnas clementia Regis evaſit. Bodin. *II. d. Rep. c. 5. n. 216.* ad. Spreng. *Bon. Princ. ax. 29.* Reliqui autem nec ob genus aut majorum ſ. propria merita, aliove ullo reſpectu veniam delicti facilè impetrare, ſed cum Bironio & Momorantiæ Duce præciſo capite publicæ incolumitati litare debent: de quo *Hiſtor. Miniſt. Richel. L. IX. c. 49. Venerandum ipſi nomen Majorum contulerant merita, & ipſius indignum ſeſe fecerat, ut eorum ratio eſſet habenda, poſtquam exemplum fidelitatis, qua ipſi celebrantur, reiecit. Natalibus eſt ortus illuſtribus, ſed crimen ipſius gravius trahit pondus, & periculum inter viros illius conditionis, quod ex gratia petita ſe-*

quiora elicerentur compendia : cùm supplicium criminis id commodum ferat, ut Nobiles in officio contineantur, & in metu justitiæ Regiæ. Et quæ seqvuntur. Meritò igitur Mareschalco Chastilionæo, cum pro eodem Momorantio apud Regem intercederet, ab hoc responsum: *sese Regem haud fore, si particularium sensu duceretur.* Sic alibi alios majoribus, quæ meruisse videbantur, tormentis eripuit dignitas sed non morti. v. Zevecot. *in Flor. L. IV. c. 1.* Indigitare hoc ipsum voluit Elisabetha Angliæ Regina, dum præsente Bironio Legato ac Maresschallo Francico, in penetrali larario Comitis Essexii calvum digito signaret, addens: *Hanc eos pœnam manere, qui à regibus ad honores evecti, ab iisdem per flagitia deficerent.* Bulingerus *Lib. II. H. p. 334. 335. & 336. ubi de tragico funestoq; illius agit exitu.* cit. Le-Bleu *in Diss. Polit. d. ascensu Intim. in aul. & cas.* Cujus voeis memoriam illi præsertim, qui tum adfuissent, postea repetivêre, quando verticem illum in pegmate ferali decussum

cogno-

cognoscerent, cui Bironius Regis sui coronam aptare plus simplici vice molitus erat. Quæ tamen pœna nisi ingens necessitas urgeat, ultra autores turbarum extendenda non est, penes quos causa atq; origo omnis furoris, reliqui contagione insaniunt. Liv. *L. XXIX.* quo animadversionis genere, pœna ad paucos, metus ad omnes perveniet, malisq; majoribus præscindetur occasio. *Ut fulmina paucorum periculo cadunt, omnium metu: sic animadversiones magnarum potestatum terrent latius quàm nocent.* Sen. *I. d. clem. 8.* Idem alibi: *Si quando misso sanguine opus est, sustinendum esse ait, ne ultro quàm necesse est incidas. I. d. Clem. 5. crudelesq; vocat, qui causam puniendi habent, modum non habent. II. d. clem. 4.* Neq; enim inhumanitas hoc, sed potius summa humanitas est, cum multi paucorum animadversione salvantur. *Nov. XXX. c. 12.* Cùm olim Carolus V. Imp. rebellionem Gandavensium ulturus, quæsiisset ex Albano qua illos animadversione dignos

existimaret? lanio hic respondisse fertur: meritam esse contumacem patriam, ut funditus everteretur. Quem Cæsar immiti, responso offensus, jussit in turrim adscendere, urbemq; inde totam æstimare, interrogans, quot pellibus Hispanicis ad conficiendam æquè grandem chirothecam, (hoc enim sonat Gallicum Gandavi nomen) opus esset: Cui nihil Albanus, qui offensionem Cæsaris ex vultu cognoverat, respondit. F. Strad. *Dec. I. d. Bell. Belg. L. 7. pr.* Quod si Syllæ istius Hispanici sævitia intra paucorum supplicia stare voluisset, quietiores forsan Regi suo Provincias reddidisset. Ex cujus superbia ac crudelitate caput causæq; defectionis meritò acceptæ referuntur, cum haud facilè Libertas & Tyrannis misceantur. Tac. *IV. H. 64.* v. Cyr. Lentul *dub. Pol. XV. inepicr. pag. 45.* Cui ab ipsis Hispanis exprobratum, nimiâ eum crudelitate Batavos, & nimia indulgentia Portugallos à Rege suo ab alienasse. *An qui consensu & instinctu aliorum vel vi majori ad rebellionem tracti*

tracti veniam vel clementiam mereantur v. omninò D. Mev *in Diſcurſ. ex Tac. I. A. n.* 217. *& ſeq. ubi bonum Virum ſæpe turbis civilibus invitum miſceri tradit, additq; quodnam ejus tali in caſu ſit officium.* Ferè autem periculoſa res eſt, talis in ſeditionis Principes animadverſio, quando nonnulli ex iſtis eam effugerint. Parum ſanè profuit Albano Egmontium, Hornanum aliosq; Belgii Proceres ſuſtuliſſe elapſo Auriaco Lumæo & aliis ad ultionem paratis. Quare Cardinalis Granvellanus, audito quæ Bruxellis (in hac urbe enim duo iſti Comites & quidem ante Curiam pegmate rotundo circo lapideo, qui adhuc ibidem oſtenditur, inſiſtente mortem ſuſtinuerunt) accidiſſent, ſciſſitatus ab eo qui rem ipſi narrabat, an captus quoq; fuiſſet Taciturnus, (ſic Orangium nominabat) atq; eo negante dixiſſe fertur: uno illo retibus non concluſo, nihil à Duce Albano captum. F. Strad *rer. Belg. L. VI, Dec. I. p. m.* 204 *f.* Hiſce ergo, ſed & aliis interdum remediis, quæ ſi mitiora ſunt, locumq; inve-

niunt, præstat adhibere, quàm armis primos ac leves motus in atroiciorem rabiem efferare, & par la seule violence, ut loquitur *Meinierus qu. 154.* faire au lieu d'une mutination d'un jour, une rebellion pour un siecle. Potentiores Principes eò seditiosos ac turbidos redigunt, ut ipsi protectionem poscant ab offenso vel subsidia. Qua ratione compositis rebus illos majori vinculo sibi habent obstrictos. Medicus enim qui ultrò ad ægrotum accedit, non tam pingui salario domum revertitur, quàm si rogatus advenisset. Le-Bleu *Consil. c.* XIX. *n. 13.* nihilq; adeò Regum timendorum exulcerat animos, quàm à subditis offendi, post offensionem æquo cum illis jure paciscì, & ad pacta servanda compelli. D. Schnobel. *d. Pac. Germ. Diss. II. p. 32.* & Meinier. *q. 167. pag. 593.* ibi: *il ny arien qui vienne plus a contre coeur aux Princes, que de capituler avec leurs subjects par force, & leur garder la foy.* Hinc Ludovicus XIII. contra maiorum suorum morem nec factionum facibus, quamvis Ducibus ac Paribus

ribus Regni pepercit, nec pacem cum rebellibus lucrosis conditionibus iniit. Sin autem factiones ex industria alantur à Principibus, vel aliàs ortæ sint, nullam ex iis Princeps negligat; nam plerumq; factio quæ Principem sibi minus æqvum putat, ingruente bello hostibus se adjungit, ejusq; vires auget. Bell. *Tom. IV. rer. Pol. Disc. XI. p. 821.* Forstn. *in Tac. II. A. 47.*

Qui impares tollendæ seditioni sunt, nec viribus suis confidunt, nisi potentioris alicujus implorare velint auxilium, quod oppressioni esse potest imploranti; vel torrentem præcipiti casu de rupibus altissimis labentem sistere se posse confidant, ad alias artes confugere necessum habent. Tales proponimus sequentes. §. *Suspectos reddere inter se tumultuantes.* Eodem artificio, quo pacis negotium uni ex sociis hostium proponi interdum solet, non ulla exitus spe, sed suspicionum & discordiarum materia. D. Forstn. *in Tac. XV. A. 26. verb. de Pace Legatos f.* §. *Disjungere seditionis turbarũ, auto-*

res, corrumpere, & subtrahere. Quale consilium suggerit quoq; Tacitus *XVI. A. 22.* ut nova cupientibus auferatur Dux & autor. Est, multitudo omnis sicut mare, quod per se immobile ut venti & auræ cient, tranquillum aut procellosum est. Ita multitudo non movetur nisi sint Æoli, qui excitent. Et tunc nullum profundum mare, nullum vastum fretum tantos ciet fluctus, quantos multitudo motus habet. Curt. *X. q. 11.* Sine rectore autem vulgus præceps, pavidum, secors Tac. *II. H. 16.* Exaresçente fontis vena *dicit Le Bleu in Liliet p. 126. f.* finiri fluminis cursum necesse: sic sublatis factiosorum ducibus, audacia & consilium desunt. §. *Majestatem* quæ ut ait Hotoman. *L. I. d. antiq. Jur. Regn. Gall.* verè proprieq; dicitur, ubi de summa Reip. consilium agitur: non ut imperitum vulgus hodiè usurpare solet, s. Rex pila ludat s. saltet ac tripudiet, s. cum mulierculis garriat ac nugas agat, deniq; ut semper Majestatem Regiam nominet: *objicere*, ast non imprudenter vel omisso

capite

capite rerum aut sede Imperii unde in omnes regimen. Quod enim subsidium si Imperatorem spreverint tumultuantes [id quod præ reliquis peregrini audebunt] sed si necessitas urgeat, nec dubitetur cessuros rebelles, ubi Principem longa experientia, eundemq; severitatis & munificentiæ summum vidissent. Tac. *I. A. 46.* qui vel uno verbo, ut D. Julius Id. *I. A. 42.* eidemq; hac in parte comparandus Illustriss. Heros *Gabr. Oxenstierna*, v. Balth. Henckel. *in Somn. Gust. Adolphi Suec. Reg. gl. m. p. 46.* Seditionem compescere queat. §. *Vel repulsam colore promissi tegere, adeoq; aptè negare;* quod usitatarum aulæ & curiæ artium esse Lentulus ostendit, *Dub. LVI. vel concedere ac promittere ea quæ contra bonos mores postulantur & cum iniquitate conjuncta sunt, auferenda cum tumultuari desierint:* quod ait Livius: *per æqua & iniqua retinendam esse concordiam.* Et Tacitus: *Mutata* inquit, *quæ per seditionem expressa erant.* & alibi: *proximæ seditionis malè consulta abolita*

impostorum. Iterum Livius. *L. II. Multi venisse tempus putabant recuperandi jura, quæ extorta, seditione acvi, Patribq esſent.* Clapm. *L. VI. d. simulacr. Imp. c. XIII.* Metus enim ille majoris malitatis est, quem furor turbantium incutit ita, ut ex eo promissa minime rata habenda sint. *l. 1. D. quod met. c.* Imò ut nunquàm ea servet Princeps Annib. Scotus *in Tac.* monet, ne quod obsequio non impetrant, flagitiis efflagitare discant. D. Mev *Disc. Pol. XV. ex Tac. I. A. th. 293.* Ac in eo genere Platonis & Xenophontis sententia probabilis est: *Magistratibus sc. non aliter quàm Medicis adversus pueros & ægrotos mentiri licere.* Bodin. *L. IV. d. Rep. c. 7. n. 478.* Ubi præsertim notandum ex *Forstnero*, bona rebellium s. patrimonia haudquaquam præcipitata liberalitate in ministros gratiosos aliosve transferri, sed per Procuratores interim administrata, tunc quando de pace & concordia agetur, si ægrè absq; illorum restitutione hæc coalescere videatur, reddi oportere. *Not.*

in

in XIV. A. 24. verb. nec quicquam. §. *Porrò culpam in casu, temporum injuriam, & Ministros derivare.* Quorum objectu, dum in eos velut piaculares publici odii iræq; vulgaris victimas vel linguam stringunt subditi, vel sæviendi principium faciunt, immuniores à violatione subsistunt Principes. Veluti viator solet incolumis evadere, dum lapidem jactum canes morsu appetunt. Eoq, videas nonnullos Monarchas quibusdam quos tamen ex animo non ament, plurimum dignitatis & autoritatis permittere, ut ipsi à multitudinis furore sint tutiores: qui si extiterint, habeant hostiam qua civium mitigent iram. D. Schutz *in Reflect. Pol. c. VII. n. 21.* §. *Ad tempus pœnam remittere, quam commodiori deinceps tempore luant rebelles.* Nocet illa severitas cui pares jam non sumus. Tac. *I. H.* In morbis nihil est periculosius quàm immatura medicina: & Medici interdum plus quiete quàm movendo & agendo proficiunt. Et annon potius est omittere adulta & prævalida vitia, quàm

illud assequi ut palam fiat quibus flagitiis impares simus. Tac. *III. A. 53.* Securitati ergo prius consulendum quàm vindictæ. v. D. Forstn. *in Tac. III. A. 24. n. 8.* Le Bleu *Diss. d. Adsce. Intim. in aul. & cas. n. 83.* Meinier. *q. 145. p. 366. seq.* §. *Dissimulare notitiam seditionis.* Exemplo Senatus Carthag. qui, cùm Hanno Senatum & Primores Urbis in nuptiis filiæ suæ, interficere in animum induxisset, reper ministros prodita, quando ille armis & clientelis plus valebat, decreto modum solemnitatibus imponit, quare Hanno tentatis suis obstaculum vidit. Justin. *L. XXI.* Pompejus item literas Sertoriæ factionis indices, ne patefactæ novis tumultibus ansam præberent, in ignem conjecit, exhibitore illarum Perpenna, properè occiso. Plut. *in Sertor.* Recentiora exempla, quæ quidem efficacius movent, reperies ap. Meinier. *q. 154. p. 381.* Zeuecot. *in Flor. L. III. c. 22. verb. victo deditoq; Perperna.* ad. D. Forstn. *in Tac. XIV. A. c. 24. verb. utendum recenti terrore.* Cautè siquidem in omni

factio-

factione agendum est, illisq; sæpe etiam dissimulandum, quibus de facto constat Id. Zenec *in Suet. Jul. Cæs. c. IX. p. 27.* aliorumq; callidas machinationes exploratas ostendere si resisti iis primo ictu non possit, periculosum censet D. Mev. *Disc.* III. *ex I. A. Tac. n. 77.* ad Lenrul. *dub.* CCXXVII. §. *Viris bonis artibus in vulgus gratis, magnæq; autoritatis ad comprimendas seditiones uti:* utpote quibus in tali casu fugam arripere & saluti cum dedecore consulere non licet. Adde quod etiam his Viris fuga est difficilis in tumultibus, ob dignitatem ipsam quæ ipsos latere non sinit. Annib. Scotus *in Tac. I. A. 39.* Sic unus aliquando Vir magnum adfert ad salutem momentum, & multum herclè positum est sæpè in unius hominis virtute & eloquentia, modò fidem & autoritatem obtineat, uti Eques ille de Cominio *in comm. rer. à Ludovic. XI. gestar.* scribit. Sæpe Vir unus & una fortuna si rebus adspirent, res magnas & mirabiles efficere possunt Polyb. *L. VIII.* Eloquentia vero, *ut lo-*

quar cum Valer. Max. L. VIII. c. 9. mucrones, civilis profundendi sanguinis cupiditate furentes, in hîbet: sine qua neminem aut assequi posse in civitate, aut tueri conspicuum & eminentem locum priscis olim rectè persuasum fuit. *Zevecot. in Jul. Cæs. C. Suet. c. 4. p. 9. m.* Quemadmodum ergo ab eloquentia improborum Civium multo magis metuendum, quàm à peste, quàm à gladio furentis, ita nihil eâ laudabilius aut admirabilius est, si quis Vir bonus ad laudem utatur, ut & sceleratis exitio, & innocentibus præsidio, & improbis terrori, & probis ornamento sit: eamq; exerat in sanandis populis, in suadendis legibus, in moribus conformandis, in castigandis erroribus, atq; omninò in bonorum ac malorum finibus, oratione eleganti ac numerosa designandis. Bodin *IV. d. Rep. circ. f.* Linguæ magis quàm gladiis Monarchias acceptas retulerunt Cyrus Alexander & Cæsar. v. Le-Bleu *in Lilie. p. 271.*

Concionatores autem & Religionum Antistites ob vitæ sanctimoniam & dicendi

cendi libertatem præ reliquis hìc egregios, animisq; in quibus post ejectam Majestatis humanæ reverentiam, Divini metus reliquiæ remanere solent, sedandis accommodos censent. Cum non ita pridem Neapoli populus turbis suis Remp. in extremum penè periculum adduxisset, Patres Teatini Ecclesiæ S. Pauli & SS. Apostolorum per frequentiores Urbis plateas, & speciatim per illam, quæ *la strada di Toledo* dicitur, cum devotione & cultu procedentes infinitam populi multitudinem post se traxerunt, & illa die motus civiles sedarunt. Im Hoff *l. c.* §. *Ad motus extra urbem pellendos bellum aliquod simulare.* Quod Sylla fecisse dicitur, quando spectante ad seditionem milite trepidum nuncium de hostis adventu finxit, ut irrupente externo metu ad quietem reduceret. Notat etiam *Bodinus*, quosdam Civium, ut arma injusta rebellibus extorquerent, suppositis facibus domos incendisse, ne Resp. discordiarum incendio periret: cum sc. Cives repente positis armis

armis ad incendium restinguendum concurrerent. *l. c. n. 480.*

Et sic Prudentia sine vi licet, adversus vim valet; modo prudenter caveant Imperantes, ne in tempus conficta seditiosi sentiant, vel aliàs in consilii interiora penetrent: uti milites ap. Tac. *H. A. 36.* quibus & brevitas temporis & reliquæ epistolarum circumstantiæ satis prodiderunt, non esse Româ allatas: quapropter statim oblata flagitarunt, neve minis & terrore vinci videantur: id quod omnibus negotiis plumas vellit, ne perniciter ad metam advolent, docente Fr. Baconio M. Britanniæ olim Cancellario *in serm. fidel. Timidi* ex proverbio *nunquam statuerunt tropæum.* Et negare docet, qui timidè rogat. Sed posito vel dissimulato metu alias causas fingant, quasi vel miseria, vel precibus supplicantium vincantur vel natalium suorum honori, vel amicorum intercessioni id dent, vel naturæ bonitate ad largiendum promptæ perducantur. Qui terret, imperat: qui metuit, paret. Nec quicquam aut imperio

imperio magis adversum, quàm non celatus timor aut obsequium minus decens, quamvis & minæ intentatæ. Efferuntur animi plebeji, ubi necessitate expressa vident, quæ per modestiam obtinere nequivissent. Lentul. *d. Arcan. Regn. c. XXIV. p. m. 339.* Deniq; non actum existiment in præsens res turbatas composuisse, nisi & in longinquum disponant, ordinemq; istum præscribant, ut adversus alteram asserantur tempestatem, postquam primâ defuncti sunt. Causas igitur seditionum diligenter illos scrutari oportet, ut quamoptimis & salutaribus legibus ac remediis inposterum declinari queant.

Pericope IX.

Hostes externos, Fœderibus, Judiciis, Pace stratagematis debellamus, eisq; imponimus, in quibus omnibus id agimus, quod non agimus. De Augusto Tac. *I. A. 19.* Antonium Tarentino Brundusinoq; fœdere illexit. In fœderibus quidem mutua

tua defensio prætexitur : sed quin quisq; privatum suum commodũ principaliter spectet, dubium non est. Forstn. *Not. in Tac. d. l.* Quod de Venetis Thuan. *Lib. I. Hist. p. 29.* (m.) Warem. *d. Fæder. c. 2. n. 12.* Bernhard. Hemus Senat. Venet. *ap. Paruv. hist. 8.* testantur, cum ajunt : Non dubitamus accedere modo huic, modo illi parti, quomodo nobis suadebat temporum ratio & utilitas nostra. Ita qui alios repentino bello adoriri, vel aliorum in se impetum remorari volunt, pacem & concordiam speciosis & irritis nominibus jactant. Tac. *I. H.* Romanor. Legati à Perseo Maced. redeuntes, nulla magis re gloriabantur, quàm decepto per Inducias Rege. Liv. *L. XLII.* Habent Inducia magnam vim ad decipiendos homines : Baud. *L. 1. p. 51 62. 67. 94. in quem finem Lips. in consult. contr. Belg. fæd. quæ præfix. est Puteani stateræ bell. & pac. (quo & Putean. d. stat. inclinat.) suasit Regi Hisp. ut Inducias cum Batavis pangeret, his verbis :* Bellum cum Batavis hactenus infelix, nec nunc felicius, nisi in

tota

tota facie aliquid immutetur, geſſimus. Loca valida & oportuna habent, ordinem in ærario, militem exercitatum &c. Ut iſta amittantur, pax aliqua ſit & quies, quæ nunquam in talib. bellis inita ſine bono aperto Regis. Habent ſuas factiones, ſua vulnera, ſed occultantur illa omnia, impendente magno illo metu, qui æqualiter tangit omnes; remitte paululum, ad ingenium & vitia ſua redibunt, ut boves inſtante lupe coeunt, capita & cornua jungunt, abeunte ſibi quisq; paſcit. Hinc multi Batavorum inducias ſprevêre, ex rat. quas allegat. Baud. *or. ſ.* Meter. *tom.* 2. *Hiſt. L.* 28. Nec caruit Lipſii conſilium eventu: pactas enim A. 1609. inducias ſtatim in meditullio regionis motus Armin. & Oldenbarnev. qui funeſtum Reip exitium minitabantur, excepêre. Idemq; quia Wilhelm. Wſſelinx cum A. 1632. induciæ reaſſumerentur, gravi ſcripto futurum demonſtraſſet, omnis inducarum ſpes decollavit. Maximè autem dulci & amabili Pacis nomine falluntur hoſtes. Multi enim

nim bellum involutum nomine Paeis deluſi acceperunt. Cic. *Phil. 7.* Frequentiusq; conventionum pacisq; ſimulatio credulis, quam arma nocuerunt: quando magis pactio ſervitutis quàm pax. Cic. *Phil. 12.* Ita Auguſtus Pompejum imagine pacis decepit Tac. *I. A. 10.* Tiberius Sugambros, Suevos, & Regem Maroboduum *II. A. 26.* Inſtruuntur belli artibus in noſtram perniciem, quibus cum continua & aſſidua bella gerimus. Fortuna belli artem victos quoq; docet. Curt. *L. VII. c. 7. n. 16.* Et ideo Turcas cum Chriſtianis diutium bellum non gerere ex Boccal. not. Forſtn. *in Tac. II. A. 10.* & *hypomn. 92.* Proſtamus nos Germani exemplum ſimplicitatis cæteris gentibus. Jam olim Tac. *d. morib. Germ.* Gens non aſtuta nec callida, aperit ad-hæc ſecreta pectoris licentia loci, deliberant dum fingere neſciunt, conſtituunt dum errare non poſſunt. Et hodie in eodem luto licet ſæpius icti hæremus, ut vivis coloribus exprimit Henr. Giſebert. *in Guſt. Adolph. Orth. p. 73.*

Annot.

Annot.

Quis neſcit quod FOEDERUM magna ſit utilitas, ut quæ fraternitatem inter confœderatos concilient, unum corpus & unam pro ſalute Reip. mentem faciant. Reink. *d. R. S. E. L. II. cl. 3. c. 3. n. 31.* Illa poſt preces ardentes ſunt arietes, quibus pravæ actiones, conſilia callida, & nefarii conatus adverſariorum deſtruuntur. v. Arum. *v. I. J. P. D. 28. n. 20.* Nam ut eleganter ait *Fatid. in Mercur. ad Dolobell.* quælibet Reſp. ſibi relicta, non potis eſt illatas injurias propulſare guttæ ſimilis, quæ Oceano admixta, nihil à fervente ſole metuit, ſola ſiccabitur. Tolle à Rebusp hæc tranquillitatis propugnacula, hæc ſalutis præſidia, quid erunt illæ niſi onus & præda & facillimus ſanguis? Nullũ certe tam potens eſt tamq; firmum Imperium, quod non intercidat; nulla tam fulgens ſceptrorum Majeſtas quæ non exoleſcat, ſi mens illa ſocietatis, & animorum armorũq; conteſſeratio ſubtrahatur. Nullum ediverſo

Regnum

Regnum tam infirmum ac labãs reperitur, quod non sociale fœdus contra sævientem fortunam advocatum muniat atq; stabiliat. *Aut. Vindic. Gall. adverſ. Patric. Armac. c. 19.* Hinc Adversarii noſtri non tantùm fœdus, posteaquam illud contractum jam est, omnibus modis iterum infringere, sed sub ipsis quoq; principiis confœderationes impedire, ac in prima statim herba supprimere, sæpius annituntur. Hìc ergò si non clam, (quod factum à Perseo, cujus Legatos Carthaginem veniſſe, iisq; noctu Senatum in æde Æsculapii datum esse Legati olim Romani compertum adfirmarunt Liv. *L. XLI.*) alio tamen ac specioso prætextu Legatos mittere licebit: sic uti Normanniæ quæstorem ad pacis negotium cum Anglo tractandum, de Rotellini Marchionis liberatione agendi prætextu, à Galliæ Rege missum Guicciardin. XII. Hist. testatur. Ipsi enim Principes in colloquium haud descendere, neq; in tractatus coire debent monente Comin. *L. II. rer. à Ludov. XI. gest.* add. *Thesaur. Arcan.*

arcan. Pol. Clapario-Schookian. L. VI. de flagit. dom. c. 9. fin. Sed per Legatos Viros Prudentes, qui quod utrinq; peccatum est, sanare possint pacis ac fœderum negotia conficere. Quales Legationes salutares & illustres dicuntur ap. Paschal. *c. LXIV. Legati f.* Verùm minus salutares tunc erunt, quando legati ambigua cum instructione istum in finem mittuntur, ut, cùm è re visum fuerit, sub hoc prætextu, tq. extra mandatum s. jussa itum sit à commissariis rescisio pactorum postulari queat. Ne ergo h. pacto decipiaris, prudens & cauta mandatorum perscrutatio unicè præstabit : in quà haud levior à providis exerceri debet sollicitudo, quàm ubi ad ipsam devenitur tractationem. v. D. Mev. b. m. *in egreg. Disc. d. Amnest. p. 41.* Simili quoq; circa ipsas fœderum tabulas circumspectione opus erit : præsertim apud eos, qui sicuti perfidiam sub ipsis auspiciis afferunt cum Alexandro VI. Pontif. in quo non sinceritas, non pudor, non veritas, non fides, non religio fuit, test. Guicc, *L. IH.* & cum

spurio

spurio ejus Cæsare Borgia pro summa religione sibi persuasum habent: *Fidem omnibus dari oportere, servandam esse nemini.* Ita ne omni prætextu destituti turpiter postea ad famosum illud *Rationis Status* asylum confugere cogantur, cum *Octav. Fregoso*, qui objurgatus aliquando à Leone Pontif. Max. cum quo ipsi fœdus erat, quod contra datam fidem Regi Galliæ suppetias tulisset, hujus argumenti literas ipsi ad eluendum crimen transmisit: *Grave quidem mihi futurum, me hominibus Rationis Status rudibus purgare, quod promissis non steterim: ast quoniam mihi cum prudenti ac prapotenti homine Pontifice Rom. res est, quemq; non latet, Principi vitio ac injustitiæ non dandũ, si qua dilatandi Regni, aut evidentissimæ utilitatis gratia pacta non servet: nullus dubito, quin me facilè excusatum sis habiturus.* Tabulas istas vafrè componunt, insidiasq; in ipsis syllabis tendunt, quarum subdola in versione totam compagem dissoluere, & quæ calce ac arena erecta credebantur suo tempore

pore deſtruere valeant. Quo in genere teſte Cic. *Off. I.* in Rep. multa peccantur. Sic enim Dani quando de pacis conditionibus inter illos ac Suecos Roſchildiæ ageretur, in Projecto ſuo ambiguis plerumq; terminis fuêre uſi, vel eum ſolummodo in finem, ut tractu temporis pacta in ſequiorem ſenſum detorquendi occaſionem ſibi reſervare poſſent, interim ſpecioſè affirmantes, ſe eandem ſentiam fovere, quam Suecorum verba præ ſe ferrent, v. *Expoſit. cauſar. quib. S. R. M. Suec. bellum etiam poſt Pacem Roſchild. initam, continuare coacta fuit.* Per ejusmodi verborum decipulas, Philippus Landgravius contra datam fidem in vincula conjectus eſt, Sleidan. *d. St. Rel. c. 19. cit. ab Aut. peric. XII.* Thuan. *L. IV. Hiſt.* ubi improbitati callidi cujusdam Antiſtitis hoc attribuit. Plura exempla ap. Hortled. *act. publ. tom. 2. L. 3. c. 78. & Lib. 5. c. 9.* Vict. Sir. *in Mercur. temp. curr. tom. 2. li. 1. p. 162. edit. Caſal.* quos præter Zuinger. Cuſpin. alleg. Le-Bleu *in diſc. d. obſid. n. 39.* Quapropter ſum-

ma diligentia & cautio adhibenda erit, ut formulæ fœderum aptè i. e. verbis non captiosis aut ambiguis, sed brevibus, apertis, rotundis, componantur, ut quantum fieri potest, conditiones omnes sint perspicuæ ac certæ, neq; cavillantium varam ac callidam interpretationem aut detorsionem, vel clausulas nimium generales admittant, siquidem controversiæ omnes fœderum non ex constitutis aliorum, multo minus ab altera pacisscentium parte, quibus tale quidquam non est permittendum, unde rectè Bodinus *L. V. d. Rep. c. 6. n. 592.* reprehendit Clementem VII. quod societate cum Regibus Francorum & Anglorum adversus Carolum V. Imperatorem contracta uno capite fœderis excipi voluerit, ut si pacem cum Imperatore commodius videretur, ipse arbiter esset] sed ex ipsis pactorum tabulis facta accurata earum interpretatione sunt definiendæ vel tandem arbitris committendæ, qui absq; ira & partium studio causam dijudicare poterunt. Deinde *modus* etiam jungendi

fœdera

fœdera debet esse clarus ac perspicuus e. g. exprimi debet apertis dilucidisq; verbis utrum cum Rege tantum, an v. cum Rege populoq; fœdus contrahatur. Quod enim dicitur societates morte finiri, ad societates tantum privatorum pertinet estq; Juris Civilis *l. 1. l. 32. l. 52. D. pro soc.* & plerumq; persona pacto inseritur, non ut personale pactum fiat, sed ut demonstretur cum quo pactum factum est. *l. juris gentium 7. §. pactorum 8. D. d. pact.* H. Grot. *d. J. B. II. 16. 16.* Scimus Electorem Saxoniæ fœdus cum GUSTAVO ADOLPHO Suecorum Rege augustæ semperac triumphatricis memoriæ, in ipso tempore hostilis impetus, quem in ipsius regiones dabat Comes de Tylli, sanxisse, ut copias jungerent, & nemo sine alterius consensu fœdere discederet, vel ullam pacificationem cum hoste iniret. Inviolabiliter hoc Rex divinus (quo sive pacis s. belli artes spectemus à multis seculis majorem non vidit Orbis Zenecot. *in obs. Flor. L. I. c. 18. p. m. 275.*) servavit & duobus ingentibus præ-

liis ad Lipsiam & Lutzam in mediterreis Electoris locis testatum fecit, suoq; generoso sanguine in ultimo prælio veluti obsignavit. Fine ejus audito, pacis tractationes Elector assumere cæpit cum Cæsare, has vehementer ursit, Legatosq; primò Leutmerikiam, posthinc Pirnam, deniq;. Pragam amandavit, ubi de certis capitibus conventum fuit, quæ postea sub nomine des Friedenschlusses zu Prag *30. Mart. A. 1635.* auffgerichtet / in publicum prodierunt. Quis non credat alt. præmemoratam R. Majestatem nomine exercitus sui talem conventionem t. t. iniisse: & tamen post obitum ejus, hic planè destituebatur. Hoc sc. redhostimentum pro tot exantlatis laboribus, & restituta libertate Germaniæ, Sueci accipiebant. Perierat funditus beneficium maximum. *verba sunt Autoris Diss. d. Pac. Pragensi p. 18.* mortalium ingratissimis collatum, qui summi meriti loco posuêre, de optimè meritis pessimè mereri. Officia omnia in scelus versa sunt, benefacta cesserunt in crimina, & sanguini eorum

non

non parcitur, pro quibus sanguis fundendus erat. Gladio ac laqueis beneficia compensantur: defensorum suorum jugulum petere, & victorum colla calcibus elidere, Commissariorum Austriacorum honor est & dignitas. *Hæc ille.* Equidem non defuêre, qui stilo publico causam Electoris justissimam, pactumq; de jungendis armis non in rem sed in personam conceptum fuisse, assertum irent.

Verùm quando (inquit Zeuecot *in Flor. L. III. c. 14.*) unquàm iniq; agere volentibus defuit speciosus prætextus? aut qui illum pro justa & quæ sufficiat causa commendaret, mendax aretalogus vel famelicus Scriptor. Occurrit tamen D. Henckel. & ad distinctionem istam ita respondet: *Quasi verò hæc distinctio fluxerit ex J. G.? quasi Rex non sit pactus nomine exercitus sui præsentis, & indivisibiliter in fœdere sit comprehensus? quasi vulnera sint remedia? quasi nesciverit Saxo, magis interesse Cæsaris Suecos habere dissociatos, quàm cum solo hoc*

iniisse pacem? quasi quod ad conventiones Civiles spectat, armis Gothorum perpetuum injungat silentium? qs. unica distinctiuncula & in privatorum litigiis tam infrequens clausula ex socio desertorem, ex belli Duce proditorem, & ex defuncto hostem fecerit? In omnibus conventionibus etiam juratis tacite conditiones nonnullæ de natura actus & rebus sic stantibus debent intelligi, atq; ab iisdem etiam fœdera determinationem accipere neq; ad ista extendi debent, de quibus partes ab initio interrogati verosimiliter aliter statuissent. Jam si quæras Re-[illegible], an talem conventionem inire voluisset, ut mors dissolveret pactum, & Suecorum Exercitus excederet Germania, nemo tàm audax est, qui Regis assensum præsumat. Verba cujuscunq; dispositionis intelligenda sunt civiliter, ne absurdi quid contineant, at verò absurdum non solum, sed etiam impium est, verba pacti inter Regem & Saxonem initi, sic interpretari, ut mortuo Rege sit relinquendus ejusdem exercitus. Audit pessimè

Saxo

Saxo *inquit* Gramond. *L. IV. Hist. Gall. p.265.* ex pacto fœdere cum Austriaca gente, contra Germaniæ, libertatem cujus in eam diem Protector fuerat, sæpè à Suecis præsenti exitio ereptus, vita ipsius morte Adolphi Suecorum Regis confirmata, conservata ipsi feuda & jus electionis eorum sanguine, quos planè abdicata ex officiis scelus, ex beneficio crimen rependit. Peregregiè ut omnia D. Mev. *in Disc. toties laud. p. 90. Transiliunt causarum justitiam qui pro se sic pacificantur, ut socios duriori bello implicent, neutiquam solliciti, ne suus discessus ipsis innoxius sit. Etsi integrum fuerit nuncium mittere societati, non excusandum tamen nesciis sociis talia moliri, pacem partialem in fraudem necemq; eorum struere, arma pro novo amico in veterem socium stringere, quæ à justitiæ tramite tàm latè deviant, quantùm ab amicitia distat hostilitas, quàmq; iniqvum est, animum quia auxilio ejus gaudere nolis, declarare hostem.* Etiamsi ergo ad sociorum Principum saltem vi-

tam fœdera ineantur consultum tamen reputatur, pactis adjungere, ut aliquot annos post mortem alterutrius Principis vigorem obtineant confœderationes, ne sc. ex abrupto & præter opinionem evanescant. Besold *Synops. Doctrin. Pol. c. XI. n. 19.* Porro id quoq; cavendum erit pacisicentibus, ne generalitate verborum quoad *Tempus* decipiantur: sed ut verbis expressis & perspicuis illud determinent, ne controversiæ oriantur inter contrahentes, & res tandem devolvatur ad JCtos, qui & ipsi inter se contendunt, quodnam sit longum tempus. Le-Bleu *Instruct. Futur. Consil. D. VI. n. 14.* Warem. ab Erenb. *L. II. c. 1.* Arum. *vol. 1. I. P. D. 28. th. 92.* De cætero non major aut certior de fide auxiliorum exspectatio facienda est, quàm facere certo illam jubeat utilitas sociorum. Quoniam etsi interdum ulterius sese etiam extendat, cùm rarissimè tamen hoc fiat, ex eo quod plerumq; fit, prudentis est consilium capere. Et quidem quo magis minusve in arbitrio auxiliantium posita

sunt

sunt auxilia, eò magis minusve licet illis credere. Hinc sanè fit ut auxilia omnium certissima illa sint, quæ socii minus potentes coguntur præstare potentioribus: utpote quæ negari nequeant, sine summo periculo à potentiore exspectando. Qualia olim erant auxilia, quæ socii Romano populo præstare ex fœdere tenebantur: debiliores sc. perquam potentibus D. Conring. *in animadverss. ad Machiavel. Princ. c. 13.* Es ist nicht gut Gäste zu bitten / deren der Wirth nicht mächtig ist. Tot igitur tantarumq; difficultatum periculorum ac insidiarum intuitu, probe examinanda est propriarum virium potentia, ne ex sententia Platonis aquam à vicino, nisi proprio puteo evacuato, petamus. Quamprimùm v. altera contrahentium pars sentiat se circumventam aut ex fœdere supra modum læsam, meritò illa à fœdere resilire & semetipsam qs. in integrum restituere potest. De qua restitutione v. Id. Conring. *in aureo Tr. d. Fin. Imp. R. G. c. 19. n. 8.* Interdum etiam subdi-

ti jure licet Majestatis destituti ex veteri privilegio vel de facto fœdera sanciunt *inter seipsos*. Sic superiori seculo Smalcalcidum fœdus pro Religione contractum. Sleid. *d. St. Rel. L. XXVI.* Nostra v. ætate *Ilnio* (de qua Limn. *L. IV. I. P. c. 8. n. 34.* Carpz. *d. L. Reg. Germ. c. 6. f. 9.*) emersit, cui contrariam Ligam Catholici oppositorunt, quæ, quantum turbarum in Imperio dederint, cognitum illis, quibus annorum illorum memoria & Imperii t. t. facies nota. Vel *cum exteris*. Et hoc olim observatum Chamborticum s. Friedewaldicum fœdus loquitur cum Rege Galliæ initum, nec non illud quod Sueciæ Rex, postea quam cum exercitu in Germaniam movisset, cum omnibus ferè Evangelicæ religionis Electoribus, Ducibus, Comitibus, Civitatibus quæ sui juris, pepigit: uti testatum faciunt acta illius temporis, (cujus literas ad status Civitatesq; vicinas conscriptas exhibet Casp. Londorp. *act. publ. part. 2. L. 8. p. 1369.* quibus defensio ipsis contra oppressores, libertasq; commer-

merciorum promissa cum facultate eundi ac redeundi, absq; onere tributorum, quas *pag. 1377.* seqvuntur conditiones à Regia Majestate Stralsundensibus durante obsidione propositæ.) Talia autem fœdera, inprimis protectiones, cùm in præjudiciũ imperantium facilè tendant, [etenim subditos alienos tueri, esse subtilissimam dominationis chordam tangere, præter Maluezum *persecut. David. p. 81. m.* fata clarissimarum Urbium Tulli, Metis & Viroduni, quæ hac ratione ab Imperio avulsa, Regno liligero acceſſerunt & adhuc hodie adhærent, imo perpetuò per *Pacif. Westphal. a. 48.* adhærere debent, evincunt] occasionemq; subditis præbeant contra superiores insurgendi, media & remedia quærenda sunt, quò iterum dissolvantur. Vi & armis Carolus V. valuit: quem mira insuper arte animos Germanorum Principum inter se commisisse, aliis spe, aliis metu, in suas partes pertractis, ut sibi invicem exitio fuerint, & religionis libertatisq; spreto periculo arma pro patriâ

stringenda in se converterint, scribit Thuan. *L. IV. H.* Nostro ævo Ferdinandus II. Sincerationibus fœderatos decepit, semina diffidentiæ inter eos sevit, alios ab aliis abstraxit, breviq; suo fine potitus est. De quo Autor des kurtzen und gründlichen Discurses *ap. Fr. Irenic. in Colleg. sup. Burgold. Disc. ad Instr. Pac. Cæsar. Suec. p. 30. f.* hunc in modum loquitur: Käyser Ferdinandus II. könte der Union kein besser Loch machen / denn daß er etzlichen persuadirte sich neutral zu halten / etzlichen aber von der Union gar abzu thun: wie ging es doch damit hinaus? warlich anders nicht / denn das so wol denen welche Neutral worden / als denen so bey der Union sind blieben / gleiche straffe ist dictiret worden; mit der Union hat man zuvor den garaus zu machen den Anfang gemacht / mit den Neutralisten aber das Ende tragicè beschlossen: Denn wie lange haben ihnen doch die stattlichen Käyserlichen Salva Guardien Sinceraciones, und dergleichen Käyserliche Bäpistische allmodische Complementa genützet? wie

wie lange haben sie nach vertilgeten Union und Neutralität ihre Religion und Freyheit behalten? hätte man nicht die defension ergriffen / und mit Schweden sich conjungiret / würde warlich das Edict. d. A. 1629. allbereit vorlengst aller öhrter exequiret / die Lutheraner vertrieben / und den Ständen alle Jura Ecclesiastica genommen und Bäpstleren wieder restituiret worden seyn. Wer nun nebst der experientz und der Vernunfft sich wil weisen lassen / der kan seinen eigenen Schaden noch so oft und viel es ihm beliebt / befodern helffen / sich von der Königl. Mayst. abe ziehen und die Neutralitet / als ein herrlich Mittel arripiren und an die Hand nehmen. add *Discurs. I. Asterii d. Pac. Prag. p. 13.* ubi solertiam hanc familiæ Austriacæ antiquam ex *Windec.* probat. Ita Heilbrunnense fœdus uno anno conclusum, altero intervenientibus Sinceritionibus promissis & dolis dissipatum fuit. In nostro Imperio Germ. si verba Capitulationis Ferdinandi IV. *a. 6.* ibi: also männiglich forthin &c. sicuti ja-

cent, universaliter accipi fas est, saltem hodie statibus I. exterorum protectionem [quod etiam vult Hopping. *d. jur. protect. th. 32. lit. C.* cit. D. Myler. ab Ehrenbach *p. 1. d. Princ. & Statib. l. c. XVIII. n. 21. edit. noviss.*) subire non licet; ut-ut Limnæus *in Not. ad A. B. t. 15. d.* mediatis tantum Civib. d. articulū accipere videatur. Quam restrictionem nescio an non respuat illa clausula ejusd. artic. und Churfürsten und Stände des Heil. Reichs und dero angehörige Unterthanen / &c. Iidem tamen Status facili negotio possunt ac solent etiam interdum hasce ll. eludere, ineundo sc. fœdus inæquale (sub quo protectiones comprehendit Grot. *d. I. B. I. 3. 21.*) cujus exemplum aliquod adfert. Limn. *in annot. ad. Capit. Ferd. III. a. 50.* quandoquidem conservativum fœdus cum extraneo inire, ipsis denegatum non est. Pacif. Cæsar. Suec. *a. 8. verf. cumprimis.* Capitul. Leopold. *a. 9.* Quotiescunq; ergo Princeps necessitate coactus, vel populus s. provincia quædam ideo, quod vel Princeps defici-

deficiat, vel ejus potentiæ non sit, ut ipsam defendere valeat, vel ob repentinum bellum aut periculum difficile sit exspectare superioris adventum, alienæ protectioni, quod nemo culpabit. v. Reinking. *d. R. S. E. L. I. cl. 5. c. 3. n. 53.* Myler. *d. Princ. & Stat. I R. G. p. 1. c. 18. n. 23.* Schleiff. *comm. in tr. Laudun. d. Bell. q. 2. n. 8. 9.* ad. Thys. *d. celeb. Rebusp. c. 18. p. 534.* se subjecerit, periculumq; imminens hac ratione avertere tentaverit, caute hoc in negotio procedat, quod ultimus gradus protectionis primus invasionis soleat esse: und der Baum fremder protection und assistentz mehr Occidental. als Orientalische Früchte bringet. D. Henckel. *d. bell. protect. & vind. Gust. Adolph. c. II. rat. dub. 5.* D. Bœcler. *Diss. Acad. VII. d. potent. Civit.* Reinking. *l. c. n. 60. & 61.* Marselaer. *Legat. L. II. Diss. 27.* Gottlieb von Hagen *Comitiolog. Ratisb. p. 4. caus. dimin. Imp. 4. & 6.* ne errorem committat qui sera & inutili pœnitentia emendari nequit. Fabula docet,

Acci-

Accipitrem Milvi pulsurum bella columbæ
Accipiunt Regem, Rex magis hoste nocet.
Incipiunt de Rege queri, quia sanius esset
Milvi bella pati, quàm sine Marte mori.

conf. Zevecot. *in Jul. Cæs. c. 4. p. 14. seq.* Id. *in Flor. II. c. 2. verb. specie quidem socios juvandi.* Bodinus tres clausulas tradit, quibus inniti possunt (1.) ut clientelare pactum ad certos annos ineatur, quibus elapsis unicuiq; parti sit integrum, vel continuare vel discedere. Nisi enim renunciatio in initio reservata fuerit, Clientes patrocinium semel susceptum sine justa causa invito Protectore excutere nequeunt D. Myler. ab Ehrenbach *d. Pr. & Stat. I. d. c. n. 25.* ubi multis exemplis idipsum declarat. (2.) Ut certis tabulis (Schirmbrieffe vocantur, de quib. conf. Fritsch. *Disc. d. Reversal. c. 7.*) & quidem cautè & curiosè conceptis, certa pacta ineantur, secundum quæ vivere deberent

berent. (3.) Ne arces & oppida munita Protectores habeant, sed ipsi protegendi. Nihil enim verius illo Bruti Tribun. pl. dicto: *Unam esse tenujum adversus potentiores securitatis cautionem, ut potentes si nocere velint, non possint.* Et frustra aliàs jura libertatis membranis ac bullis defendemus, aut muros chartaceos cessioni bonorum opponemus, eâdem semper reddita voce, *hæc mea sunt, veteres migrate coloni.* ut loqui amat Gustmejer. *in Fecial. Germ. L. II. c. 8.* Leges autem si inclamabunt, audient insolentissimum illud Pompeji ad Mamertinos simili excusatione usos: *Non cessabitis nobis gladio accinctis leges prædicare? Plut. in Pompej.* Lipsi. *IV. Pol. c. 14. n. 46.* Eandem cautionis verbalis, atq; Instrumentorum adversus arma fragilitatem Illustriss. Suecor. Cancellarii ad Legatum Pom. verba sequentia indicant: Sein König hätte so viel gelernet/ daß er den Statum seines Königreichs nicht auf eines Mannes/ wie groß der auch wäre/ Wort und schriffliche caution vertrauet/

sondern

sondern da gehöre eine real-securitet dazu/ nemlich armari contra armantem vel mutua deponi arma: Denn wenn sein Nachbar armiret, ob er gleich sonsten amicissimus wäre/ so armierte er contra, sonsten würde es zu gefährlich seyn / dem einen die Briefe / dem andern die arma zu lassen / oder mit Briefen wider orlog zu bestehen. Plures regulæ & cautiones quibus aliorum auxilia circumspicientes se munire debeant, ponuntur à Silhon. *en son Ministre d' Estat p. 2. Liv. 1. disc. 4.* ubi inter alia ita: *Quæ si c' est une necessité inevitable à un Prince de faire venir dans son pays du secours estranger, & d' en fortifier son armeé; ce sera un grand bon-heur pour luy, si pour cela il n' a beso in que de forces mediocres & qui soient inferieures aux siennes: a qui il puisse tousjours donner la Loy. De qui il ne puisse jam ais rē, cevoir de jalousie, & en un mot, qui ne le mettent pas luy-mesme en quelque espece de subjection a la veüe des ses sujets et n' abaissent cét esclat d' authorité avec laquelle il*

domine

domine sur son peuple, et l' opinion de sa grandeur par cette marque de dependance où il ne sçauroit éviter d' entrer, reçevant chez soy des armeés fortes. cui add. D. Myler. ab Ehrenbach *d. c. n. 28.*

Non autem FOEDERUM tantum, sed PACIS & INDUCIARUM pactionibus, fraus interdum, imo plerumq; subesse solet. Veteres illæ artes sunt pace aut induciis expugnare, quos bello non potes. Zevecot. *in Jul. Cæs. c. 29.* Petentes (inducias puta) plerunq; aliud præ se ferunt, aliud cogitant, clamq; moliuntur. Affirmant enim dare se velle operam ut controversiæ amicis pactionibus transigantur, revera id student interea, ut accuratius opes ac vires comparent, & adversæ partis conatus languidiores atq; impeditiores reddant, deniq; locum cladi quærunt. Jan. Gebhard. *in Spicil. in C. Nepot. Agesil. n. 6.* Cæsar. *L. IV. d. Bell. Gall. c. 12. Hostes ubi primum nostros equites conspexerunt, quod ii qui frumentandi causa ierant trans*

Mosam

Mosam, nondum redierant, nihil nostris timentibus, quod Legati eorum paulo ante discesserant, atq; is dies induciis ab iis petitus, impetu facto celeriter nostros perturbarunt. Nec aliter A. 1109. Glogovienses cum Henrico Cæsare 5. dierum pacti sunt inducias. Cui quanquam se permissuros datis obsidibus promiserant, nisi interea copiæ auxiliares advenissent, pactum tamen & obsides, deficiente licet conditione, insuper habuerunt. Ex *Herburt. Hist. Polon. 4. 5.* Freinshem. *Comment. in Curt. L. III. c. 1. 8. verb. sexaginta dierum.* Hinc, meritò plurimi ex Batavis inducias cum Hispano tanquam minus salutares ex his causis spreverunt. (1.) quod potentia Hollandorum sit satis robusta contra impetus Hispanorum. (2.) Quod per oportunitatem induciarum hostis fortunas suas stabiliat, potentiamq; & opes ita firmet, ut nulla vi postea pares ad resistendum esse possint. (3) Quod illi qui pacem proponunt, soleant insidiari temporibus, idq; faciant adducti necessitate rerum suarum

rum vel ſponte & impulſu benignæ voluntatis, aut tædio ſumptuum & malorum, quæ bello civili comitantur. (4.) Verendum, ne data ultro citroq; commeandi facultate paſſim illaberentur, & viſcera ſtatus obrepant emiſſarii atq; artifices factionum, qui largitionibus & promiſſis fidem & animos civium labefactare conentur. Baud. *Orat. 5. d. ampl. induc. bell. Belg.* Qui tamen inducias ut ſacratiores minusq; violabiles quàm fœdera perpetuæ pacis in d. orat. ſuadere maluit. Nam cui conventa pax diſpliceat, vix alio pacto poſſe animum explere & offenſiones ſuas ulciſci, quàm fidem violando. Qui non probent inducias, exſpectatione finis dolorem ſuum frenare & moderari. Veruntamen nimis fatidicus Lipſius & re Hiſpana conſuluit *D. Aut. h.* quodq; conſilium Hiſpani nec irrito conatu hactenus ſecuti ſunt. Vix tum à Rege metus ceſſerat, cùm prorupêre in diſſidia & factiones Proceres & populus: ut plus Hiſpanus duodecennalibus Induciis, quàm 40. annorum bellis profecerit. Et

hæc

hæc causa est, cur Zevecotius *Vir sanè acutus & prudens*, nunquam illas constantem victoriarum cursum, quando Heros Hemskerckius in ipso portu Gaditano tot monstra navium expugnans Hispanum desperare coegerat, abrupisse exoptat. *observ. in Jul. C. c. 4. p. m. 13.* Igitur hortante Onosandro *in Strateg. s. c. XXXVII.* certum quidem Imperatori sit, pietatem colore, & injuriam hostibus interea temporis nullam inferre: mores tamen illis hostiles mentemq; infidam inesse semper suspicetur. Ita enim in tuto esse poterit, ut etiam pacem violare cupientibus hostibus occasio adimatur. Qui verò acceptæ cladis injuriam à Dîs vindicandam esse sibi fingunt, religiosa sane cogitant, at nequaquam tuta; nimiæq; amentiæ est fœdifragos à Numine solo ulciscendos sperare, nec ullam periculorum curã sustinere velle: quasi salvi ipsi futuri sint, simul ac hostes perfidiæ pœnas luerint. Tuncigitur eorũ impietatem experiri oportet, postquam propriæ res stabilitæ sunt. Præter ipsum

verò

verò alii Induciarū prudenter ineundarū leges ad hæc ferè capita revocant. Nimirum (1) ut hostium commoda non sint (2) ut vix exporrigantur ad hominis ætatem: si enim eo usq; extendantur, post finem induciarum, novo iterum bello exorto, priori ante inducias bello exercitatus miles Reip. est defuturus. (3.) Ut alibi ubi id licet, induciæ cum eodem hoste, ineantur, alibi cum eodem bellum geratur: ita enim futurum est, ut non desit militi negotium in quo possit occupari Cl Boxhorn. *Polit. p. 1. c. 13.* Le Bleu *in Liliet. p. 270. seq.* Quod si tamen fides induciarum à parte altera rumpatur, quin læso liberum sit etiam sine indictione ad arma venire, frustra dubitatur. H. Grot. *d. J.B.L. III. 21. 11.* & ita ex facto respondit Dec. *cons. 531. n. 7.* plures refert Francisc. Cardinal. Mantic. *d. tac. & ambig. conv. Li. 27. t. 2.* Eandem quoq; sententiam amplectitur Panormitan. *in cap. 1. d. Treug. & pac.* per *c. 3. X. d. jurei & reg. frustra d. reg. jur. in 6. add. l. 21. C. d. pact.* Nec quidquam in contrarium

trarium valere aut quenquam movere debet ratio Felini *in d. c. i. d. treug. & pac.* Chorkiri. *Thes. pol. L. II. c. 12.* & sequacium, nimirum, quod induciæ fiant ad breve tempus *l. postliminium §. inducia D. d. capt, & postlim. revers. ubi talis Pauli extat definitio: Induciæ sunt cum in breve & in præsens tempus convenit, ne invicem se lacessant.* & ideo finis ejus temporis exspectari debeat. Præterquam enim quod capita conventionis insunt ipsi conventioni per modum conditionis. Grot. *d. J. B. III. c. 19. n. 14.* non omnes induciæ ad breve tempus, sed interdum in tempus longissimum fieri solent, quarum apud Livium plurima exempla, conf. Bodin. *V. d. Rep. c. ult. n. 17.* Et quidem particulares ac brevioris temporis inducias de quib. Paulus tantum in *d. l.* cogitasse videtur, dari à Præfectis quoq; ac Ducibus notum est: universales autem & in aliquot menses aut annos productæ cùm paci propius accedant Majestati soli haud dubiè reservantur. Jo. Frider. Horn. *L. II. d. Civit. c. V. 6.* Ea

v. quæ

v. quæ induciarum tempore capta sunt, restitui debere Mynsing *cons. 21.* probat.

Dulce & amabile PACIS nomen, res verò ipsa tum jucunda tum salutaris. Mirum ergo non est quod homines saltem ad nomen Pacis exsultent, & ambabus eandem manibus expetant, cùm vel agri & tecta, quibus sensum natura denegavit, id facere videantur. Sed cùm experiundo cognitum sit, nomen pacis inter mortales potius existere quàm usum, sæpiusq; conventionum ac pacis simulationem credulis, quàm arma nocuisse: cauto opus est, ne ut pisces hamô & aves fistulà capiuntur, nos specioso & jucundo Pacis nomine inescati libertatem, ipsamque vitam, & quicquid præterea bello defenditur, amittamus, adeoq; pax pactio servitutis existat. *Quoties pacis mentio* verba refero D. Mevii, *non alio fine injecta, quàm ut per imaginem mutui colloquii detepesceret ardor communem causam propugnandi, animi explorarentur, quis genius gentis, quæ fiducia quæ vires cognoscerentur, vulgusq; ab impetu generoso*

roso defendendæ publicæ securitatis ad spes falsas & fallaces inbiandas inescaretur? quoties sub tractatuum offuciis tempus inanibus verbis redemptum ut praeterfluerent accrescerentve rerum benè gerendarum opportunitates, viri primariæ autoritatis & fidei vel largitionibus in odium & invidiam tq. ex publicis miseriis auream sibi messem quærentes vocati, socii & amici ad defectionem sollicitati, omnes ferè amore tranquillioris status, ad exuendum libertatis desiderium tq. degustata loto illecti? Etiam cum Pacis conditiones ex voto vel supra votum cessisse videntur, exemplis compertum est, non aliter atq; apud Homerum Eutrapelus pretiosa vestimenta dabat, quibus nocere intendebat, ut jucundè & hilariter tuendæ dignitatis sumptuoso studio in egestatem dilaberentur, sic splendidam & verbosam quietem iis concessam qui vel sustinere non possent, aut eâdem ad incautam securitatem abuterentur. *in Disc. d. Amnest. p. 2. seq.* Sive ergo hostis calida negotiatione de pace,

&

& concordia nobiscum agat, sive spem aut mentionem saltem ejus faciat, prudenti quadam diffidentiâ ac cautione semper opus erit, ne pacis colloquiorum prætextu, insidiæ aut proditiones velentur, neve ad injectam pacis mentionem s. spem primum ardorem remittamus. Qualem diffidentiam etiam post conclusam pacem, ad evitandos subitos casus colere, armorumq; item splendorem conservare necesse est, ne hostis deposita ærugini arma ante, quàm exacuantur, præveniat. *Nunquam Imperator bonus ita paci credit ut non se paret bello, quod etiamsi non geritur, indictum est.* Senec. *d. vit. beat.* Diffidentiam prorsus Principi insinuo *ait* Lips. *IV. Pol. 14. 6.* quia ut in actionibus omnibus tardum lentumq; eum esse expedit, sic & in fide & assensu, ut intentus suspensusq; ambulet, & penè dixerim, nihil nisi quod in oculos incurrit manifestumq; erit, credat. Baudius *v. ornt. s. d. amplect. bell. Belg. indue.* lubens assentitur iis qui providam & sapientem diffidentiam opi-

nantur esse firmissimum adversus fraudes & insidias munimentum: ac si in alterutram partem peccandum sit, satius esse vanis moveri, & omnia tuta timere, quàm inani credulitate velut hamô inescari. Optimè proinde secum agit, qui semper suspicatur, ita tamen ne omnia temere negligat, sed omnibus securum sese præstet. Incredulitas enim rerum notitiam in nos, non æque neglectum conferre debet. Maluez *in Tyran. s. p. m. 83.* Jam ex adverso faciles & incauti, quàm opportuni injuriæ patent. Undiq; & passim apud eos minore metu & majore præmio peccatur. Quod etiam Autor *seq. peric.* innuit. Ut quemadmodum diffidentia mater bonorum successuum, sic nimia de aliorum fidelitate fiducia & benignitas illa, quæ de nemine malè sentit, insidiarum meritò præcipitium nominari debeat. Ceterum credulitas ista cùm error magis quàm culpa sit, & in optimi cujusq; mentem facillimè irrepat, hinc factum ut Principes credendo sæpius quàm diffidendo peccarint. Quorum in numerum

merum Jacobus Rex M. Britanniæ post alios referri meretur, qui pacis concordiæq;, speciosis quantumvis & irritis nominibus ab Hispanis jactatæ, cæco amore captus, cùm terrore armorum suorum, quasvis ab Hispano extorquere potuisset conditiones, ac sola intercluſa in Flandriam navigatione res eorum in apertum discrimen conjicere; quanquam in numera Hispanicæ perfidiæ & Ibericæ fraudis [cujus inexpertam Longevillæam non semel pœnas luisse, autor est B. Priolus *L. V. d. Reb Gall. p. 195.* conf. *Aut. arcan. Hispan. dom. præprimis cap. 17. & 23.*] haberet documenta, sese tamen & generum Friedericum decipi, cum stupore totius Europæ passus est, nec ante deceptum se sentit, quàm perditus esset Palatinatus. Burgold *ad Instrum. Pac. Osnabr. Mon. p. 1. D. 1. n. 76.* Suecicarum item victoriarum continuum in Bohemia ac Silesiâ cursum nihil magis quàm injectam â Wallenstainio pacis mentionẽ suppressisse judicat Zevecotius *in Flor. l. II. c. 1.* simul & miratur viris tam pru-

dentibus, quibus cum illi negotium, imponere eum potuisse nec ante eos. (quod tamen oportebat) considerasse, Wallensteinium ea quæ offerebat sponte, etiam si voluisset, præstare non posse. Cautius Ptolomæus Philopator exceptis humanissimè Antiochi Legatis aliorumq; qui de pace venerant, delectum nihilominus summa diligentia habuit. Polyp. *L. V.* Pari prudentia cùm Sinanes Bassa in literis ad Rudolphum *Imp.* datis, subdole tractationem pacis ejusq; ingens desiderium simulasset, quò sc. fœdus inter Cæsarem Transylvanum, Moldavos & Valachos ictum rescinderetur, & aliorum Principum animi, quos Deus ad defensionem tam justæ causæ excitaverat, pacis spe relangueścerent; Cæsar postquam suam in pacis studia propensionem Baschæ vicissim declarasset, ad Electores Principesq; Imperii rescripsit, haberent suos & auxilia sine mora conferrent, quæ pleriq; omnes liberaliter promiserunt. v. Casp. Ens *L. VII. Hist. rer. Ungar. p. m. 324. seqq.* Horum igitur ac similium exem-

exemplum vigila & memor sis ne facilè credas: nervi hi sunt prudentiæ juxta illud, Gallor. *La sobrieté & la desfiance sont les nerfs de la prudence.* & scutum quo vel maxime ab insidiis malevolorũ securum te præstáre queas. Præter diffidentiam autem qua uti jam demonstratum, non alia res utilior est mortalibus, præsertim si nobis res sit cum populo de perfidia & levitate infamato, aut cum illis, quos non nisi inexplebilis imperandi libido ad bellum accendit, apud quos rarò ulla fœderum aut pacis religio esse solet; reliqua sollicitudo quam non minorem in pace componenda, quàm ingerendo bello desiderari Politici tradunt, in triplici objecto potissimum exercetur: ut præterita unde motuum causa aut occasi fideliter sopiantur, præsentia pro jure statu & salute unius cujusq; congrua & constanti compage ordinentur, futuris fida ex justis fidei pignoribus quæratur securitas. Omnium deniq; qs. signaculum atq; firmamentum adjicitur Amnestiæ pactum vel sanctio, quæ obliterat

præteritæ injuriæ memoriam, tollit vindictæ iustitiam, & in futurum sinceræ amicitiæ iacit semina. D.Mev. *d.Amnest.p.* 4 Nulla proinde secura pax cum integrâ belli causâ. Vulnus jam modo consolidatum recrudescit, si quid ibidem puris remaneat: non aliter belli causa ad tempus obnubilata per verborum compositionem, recrudescet in novos motus per occasionum commoditatem. Quamdiu vivent semina & radices fœcunda est ad protrudendos similes fructus, quos semel peperit, quo circa si non modo sine bello, sed & sine belli mox redituri metu vivendum eradicare oportet surculos, unde illud iam natum & postea renascitu-rum est. *Id. p. 54.* Sed nec illa pax firma erit, quæ fucata, nec æquis, honestis, tutis, perspicuis, liberis ac tolerabilibus conditionibus constat. *Si bonam pacem dederitis*, inquit Privernatum devictorum Legatus ad Romanos, *& fidam & perpetuam habebitis: si malam, haut diuturnam.* Quo generoso responso melior pars Senatus à tristiori in illos sententia,

tia abducta statuit ibi pacem fidam esse, ubi voluntarii pacati sunt. Nec credi posse ullum populum aut hominem in ea conditione cuius eum pæniteat, diutius quàm necesse sit, mansurum. Liv. *L. VIII. c. 21.* Et sanè Romanis semper ea placuerunt consilia, quibus hostis adigeretur, ut aut nocere non posset, aut non vellet. D. Forstner. *in Tac. II. A. 64. n. 4.* ubi exemplis ex Historia Rom. idipsum declarat. Quibus demum subjungit aliud de Francisco I. Gall. Rege, qui in Hispania captivus dixisse fertur: trium se optionem Carolo Cæsari facere; aut se æterno carcere vinctum servaret: aut pro sua magnanimitate pristina libertate donaret: aut si tanta Burgundiæ potiundæ cipiditas animo ejus incessisset, pactionibus quibus placeret adstrictum dimitteret. Carcerem se fortiter laturum, pro libertatis dono gratum omni vita, memoremq; tanti beneficii futurum: iniquis legibus dimissum nunquam bona fide amicitiam culturum: sed arrepta prima occasione omnia hostilitatis signa

editurum esse. Andr. Mauroc. *L. 2. Hist. Ven.* Sic & Legatus Florentinus Petrus Capponi⁹ delectus à Civibus, ut cum Carolo IX. Gall. Rege jam intra mœnia recepto, de pace ageret, cùm duræ nimis à Scriba conditiones ipsi prælegerentur, è manibus legendis chartam rapuit, raptamq; dilaceravit his verbis : *Agedum, quando inter nos aliter non convenit, tu tubâ signum dato, nos campanis dabimus* : & simul è conclavi se proripuit. Marsel. *Legat. L. I. Dis. 23. p. m. 206.* Quando verò pacem æquam & bonam liberisq; ac honestis conditionibus compositam habebimus ? si victus fueris, vix accipies, si viceris, vix dabis. Audi pacem reduci velle expedit victori victo necesse est : & melior tutiorq; certa pax quàm sperata victoria, illa in tua, hæc in Deorum manu est. Liv. *L. XXX.* Tempus igitur observa & oportunitates, & quod vulgi in ore, sub clypeo pacem posce, ini, pange. Hoc unum est tempus de pace agendi, dum sibi uterq; confidit, & pares ambo videntur : si vero alteri, paul-

paullummodò tribuisset fortuna, non esse usurum conditionibus pacis eum, qui superior videretur, neq; fore æqua parte contentum, qui se omnia habiturum confideret, verè scribit Cæs. *Li. 3. d. bell. Civ.* Notabilis sanè est vox Chiliarchæ Bavarici, qui prudenter post Gustavi Adolphi Suec. Regis mortem disseruit: Es wäre nun Zeit daß wir Frieden machten/ so könten wir in unserer Haußhaltung bestehen. refert Burgold. *in Discurs. ad I. Pac. Westphal. p. 1. D. 15. m. 1. n. 3.* Idem tempus & Amnestiæ commodissimum censet D. Mev. *d. Disc. p. 11.* ad. D. Bœcler. *Disc. Acad. XII. d. Amnest. p. 613.* Deniq; ut pacem sic DEDITIONEM quoq; hostis interdum simulat. Velius quidam Præfectus arci Tarentinæ, ab Asdrubale ut sibi incolumi abire liceret, petiit: qua simulatione hostem ad securitatem perductum, eruptione factâ cecidit. Ad eundem modum Stolloffenses simulatô deditionis desiderio Suecos orarunt, ut sibi conditiones cum illis deditionis paciscí liceret: interim donec convenire-

tur, Præfectus obsides daret. Haubaldus nullas fraudes suspicatus, atq; id candidè citra dolos ab obsessis fieri arbitratus, fidei pignora obsides misit ad cives. Vix illi pedes urbis portis intulerant, cum statim tormenta in Suecos è mœnibus emiserunt. Quam fraudem sanguine expiare opus habuissent, nisi mulierum legatione lenito Haubaldi animo, contra spem conceptam tolerabiliorem nacti fuissent conditionem. *ex Joseph. Ricc. de Bell. Germ. L. VI.* Le-Bleu *Disc. Pol. de Obsid. n. XLIX.* Id. *in Liliet. p. 134. f. & seq.* Similem circa NEUTRALITATEM quam vocant, calliditatem notat D. Bœcler. *in Diss. cui Inscriptio, Quies in Turbis.* De *Stratagematis* (sine quibus non magis in bello quàm noctu sine lucernis versari possumus & quæ omni jure concessa leguntur. *Jos. c. 8. c. 2. c. 23. q. 2. l. 1. §. 2. D. d. dol. mal. l. 26. D. d. capt. & post. rev.*) qui scripsêre, ex veteribus *Frontinum* & *Polyænum* habes, quos nuper ex recentioribus historiis supplevit *Winstrumpius* Danus. Inter illa tamen venenis

nenis aut similibus vincendi mediis, ut quæ jamdudum meliorum gentium consensus abhorruit, Grot. *d. I. B. L. 3. c. 4. n. 15. seqq.* locum nullum in bello relinquimus. Nec movemur *exemplis* eorum, qui cum Aquilio ap. Florum *L. II. c. ult.* medicaminibus impuris arma violarunt: in quibus Hispani, dum Galli Neapolim obsidione premerent, nocte egredientes non tantum puteos veneno, & pistores Gallorum ut pani gypsum admiscerent, pecuniis corruperunt, sed etiam famosissima, quæ morbi, qui dehinc *Gallicus* dictus, contagium in exercitum vulgarent, ex urbe emiserunt. Alber. Gentil. *d. jur. Bell. L. II. c. 6.* vel autoritate *Baldi*, ex Spiritu Italico hostem veneno licitè necari posse, contendentis *2. cons. 88.* quippe cum armis non venenis, juxta Senatus Rom. monitum ap. Valer. M. *Li. VI. c. 5.* hominum contentione non elementorum infectione & iis mediis bella geri debeant, quæ per humanam vim retundi infringiq; possunt. v. Schaffshausen *in Tr. d. Pace Sect. 2.* at contra venenum

nemo se tuetur *l. 1. §. 17. D. ad SC. Silan.* ne dicam de eo quod Blasius de Montluc *liv. 1. d. commentaires* ait. *contre son ennemy on peut de tout bois faire fleches; quant à moy, si je pouvois appeller tous les esprits des enfers, pour rompre la teste à mon ennemy, qui me veut rompre la mienne, je le ferois de bon cœur.*

Pericope X.

Debent autem Sincerandi prius securitate imbui, ne tela prævideant. Nemo facilius opprimitur, quàm qui nihil timet. Vell. Pat *l.* 2. Securitas quomodo injiciatur, prolixè docet El. Reusner *in strat ag. L. 2. c. 34.* Securi facti jam apti qui sincerationibus decipiantur. Prodeat simulatio & dissimulatio & aderit deceptio, in quibus vera essentia sincerationis. Simulatio est, cum aliud facio quàm dico, aliud dico quàm facio *l. 1. §. 2. d. dol. mal.* Estq; imperanti summè necessaria. Nunquam enim regent, qui non tegent Lips. *IV. Pol. 14. n. 18.* Debet autem esse honesta, quæ non multum à virtute recedat, eaq; utiliter & in tempo-

re

re assumenda, quâ etiam justi homines ad suum & aliorum tutelam sunt usi. Sic in civilibus quod Politici vocant simulare, & aliam actionibus speciem præbere, quàm revera subest, hoc *Plautus* vocat γλαυκωμα oculis objicere, *Ulpianus*, sub specie prætextu agere, *l. 6. §. 7. D. d. offic. Præs. Marcianus*, sub colore. *l. 2. d. inoff. test.* Sicut actum ipsum *Marcellus* colorem s. titulum quæsitum appellat. *l. 49. D. d. donat. int. vir. & ux.* Et tales sunt omnes actus imaginarii, cum fides facti simulatur non intercedente rei veritate. *Modestinus in l. 54. d. O. & A.* Et hoc omnino fieri opus est, quando Reip. expedit consilia in occulto esse, ne si causa deprehendatur, in ipsa herba supprimantur, priusquam perveniant ad maturitatem. Multa sub eo prætextu ab aliis fieri vidi, & feci aliquando ipse callidè & insidiosè ait Comin. *2. hist.* Dissimulatio est simulationis quasi soror & individua comes, quia eo ipso dum dissimulamus, quod est, simulamus, etiam quod non est. Quod æquè sum-

mè

mè neçeſſarium, juxt. apophth. vetus: Qui neſcit diſſimulare, neſcit imperare. Cum n. in vitâ Politico multa obveniant, quæ nolint, ut ad effectum conſiliorum ſuorum veniat, multa ſimulet, oportet. Ita injurias diſſimulare oportet ſaltem ad tempus. Quod quia quilibet de plebe perſentiſcere nequit, facile errore aut mendacio objecto decipitur, Lipſ. *IV. Pol. 14.* & ita decipere pro moribus temporum prudentiam vocat. Plin. *3. Epiſt. 8.* ſæpe n. Principes laudem occulto magis tramite, quàm aperta via petunt. Valer. M. *L. VII. c. 3.* Vim differunt, potiorem dolum arbitrantur, Tac. *XII. A. 44.* & quod temporis anguſtiæ negant, ſagacitate conſilii aſſequntur, Valer. M. *d. l.* Ut autem felicius procedat, ſub amicitiæ involucro fiet. Tuta frequensq; via eſt per amici fallere nomen. Ovid. *l. d. art. amand.* Quis enim magis poteſt, quàm cui creditur. *Brut. ad Anton. ep. 2. Li. 10. fam. ep. Cicer.* Ita Conneſtablius & Carolus Dux. Burg. licet implacabili odio arderent, tamen per internuncios amicitiæ ſpeciem præbebant. Comin. *L. IV.*

Annot.

Annot.

Verè Comicus ait: *Doli non sunt doli, nisi astu colas, sed malum maximum si id palam provenit.* Sternendum itaq; sincerandis pulvinar, ut in utramq; aurem dormiant, & spes sua cuiq; velut hamus, objeienda: quo facto nullo in adversum præsagio sine magno labore decipiuntur. Et tunc, quod est miserrimum, quicquid ipsis acciderit, merito suo, & quod vulgo dicitur, proprio jumento accersivis se, sibi videntur. Gravior siquidem jactura atq; durior est quæ fraude sit, quàm quæ vi externa: quemadmodum longè præstat ingeniô quàm corpore superare. Nihil commune nobis est cum violentia, quippe tota extra nostram potestatem constituta, sed fraus per alienam sagacitatem structa est super fundamento inconsultæ nostræ rationis. Malvez. *in Princ. p. m. 45.* Vel ut Polybii ore loquar: *Si quis mortalium in calamitates incidat, quæ provideri ratione humana non potuerunt, nulla est illius, sed fortunæ & ejus qui nocuit, culpa*

culpa : sin aliquis inopia judicii manifestò in gravissima mala, nemo dubitat illius esse peccatum. Itaq; per fortunam lapsis parata est misericordia, venia atq; auxilium : ubi vero propria inest stultitia, opprobrium sequitur & sapientum inculpatio. L. II. c. 6. Sic Maria Scotorum Regina in Bortonum pagum deducta, appositisq; custodibus cincta, credulitatem potius suam quàm facinus Elisabethæ damnavit. *Strad. rer. Belg. Dec. 2. L. 8. p. m. 669.* An securitas illa Jul. Cæsaris casum ita promoverit, ut nec ea quæ religiones monerent, aut renuntiarent amici, quidquam curaret, equidem haud facilè dixerim, cum se sibi & gloriæ satis vixisse affirmaret, ac quotidie penè ingereret : *nihil assidua custodia infelicius esse & in perpetuo timore versantibus.* v. Zevecot. *observ. ad C. Suet. I. Cæs. prors. in fin.* Certè Colignius Galliæ Amiralius (quem Rex ut per ornamenta eò melius feriret, fratrem etiam suum tunc, cum in victimam status ipsum jam destinaverat, appellasse dicitur : cu-

jus

jus ad exemplum hoc noſtro ævo Ludovicus XIII. odium ſuum adverſus, Quinque Martium & Thuanum mox juſſu illius in carcerem conjiciendos, non duntaxat blando alloquio, ſed & oſculi datione velavit. Priol. *d. Reb. Gall. L. I. n. VI.)* appetente nuptiarum (Navarræarum) die fruſtra ab amicis admonitus, invitatus ad aulam venit: dicens *tantam perfidiam in Regem optimum, & quo meliorem Gallia multis retrò ſeculis non habuerit, cadere non poſſe*. Qui deinde Luparâ exiens Regem in Sphœriſterium comitatus. Unde cum ſe domum reciperet, atq; pedes iter faciens, libellô forte porrecto, legendo intentus lentius incederet, ex feneſtra linteo velata duabus glandibus ictus eſt. Thuan. *Lib. Hiſt. LII.* Qui quomodo ex hoc vulnere viribus imminutus & à ſuis è lecto ſublevatus, nocturnaq; toga indutus, à Benveſio deinceps juſſu Regis interfectus ſit, Hiſtoria tragica *d. furor. Gall.* prolixè narrat. *p. 393. ſeq.* Simile quid de Bironio habetur ap. Pet. Matthæum *in Hiſt. Francica tom.*

tom. 1. L. 2. p. 836. ibi : *Et ayant ouvert la lettre à luy envoyee de sa sœur, par la quelle il fust adverti, Que s' il ne se retiroit dans deux heures il servit arresté.* Soudain il la monstra à un des siens nommé de Varennes qui luy dit alors, *A Dieu Monsieur, je voudrois avoir un coup de poignard dedans le sein, & que vous fussies en Bourgogne.* A quoy il respondit, *si l' y estois & que l' en deusse avoir quatre, le Roy m' ayant mande l' y viendrois.* Et le Comte d' Anvergne virit aussy, qui luy donna de la main sur le costé par deux fois, & luydit. *Il ne fait pas bon ioy pour nous.* v. Le-Bleu *d. Adscens. Intim. in aul. & cas. n. 69.* Eandem securitatem attenti belli Duces non modo diligenter in hoste observant & explorant, exemplo Romanorum ap. Tac. *I. A. 50.* item Stiliconis qui Gothos Pascha feriantes oppressit. Forstn. *ad eund. Tac. I.* (nec enim ulla intercedit prophanatio quando multorum salus & incolumitas procuratur, vel summa necessitate ad quid trahimur inviti, *l. provintiarum 10. d.*

10. C. d. fer. Cyn. ad l. 2. n. 7. C. d. sum. Trin. Knich. d. sublim. & reg. territor. jur. c. 4. n. 400. D. Henekel *d. protect. & vindic. bell. Gustav. Adolph. c. 2 p. 169.* & Sabbathum propter hominem, non homo propter Sabbathum factus. Balduin. *cas. conse. L. 2. 13. cas. 4. vers. semper.)* sed etiam variis modis injiciunt. Quod per pacis, induciarum, deditionis &c. insidiosè ostentatam spem eosdem efficere, ad *præced. peric.* exposui.

Post securitatem injectam prodeat *Simulatio*, ex quâ oritur deceptio, & in qua forma Sinceratïonis consistit. Hæc Simulatio Principi maximè est necessaria, utut Cicero *III. Off.* eandem ex communi vita tollere cupiat: cujus vox merito cruditatis arguitur ab *H. Grotio*, nam cum nec quæ scias nec quæ velis omnia aperire aliis tenearis, sequitur ut dissimulare quædam ap. quosdam, *i. e.* tegere & occultare fas sit *III. d. I. B. c. 1. §. 7.* D. Rachel. *comment. ad. d. L. III. Off. p. 438.* Nec aliter possunt ii, quibus tota commissa est Resp. qui ut ad effectum suorum consi-

consiliorum veniant, multa simulent oportet & dissimulent cum dolore. Cic. *epist. 10. 8.* Quò pertinet verissimum illud Lipsii vel potius Senecæ effatum : *Nunquam regent, qui non tegent* : & vetus Ludovici XI. Gall. Regis ad Filium Carolum VIII. emblema : *Qui nescit dissimulare, nescit regnare.* Ea v. simulatio hic intelligitur, quæ sapientiam admixtam habet. Quæ inquam, cum modo adhibeatur, & ad cavendum prudenter, non ad pernicioſe decipiendum comparata est. Quemadmodum enim diffidentia v. Le-Bleu *Sceptrograph. Salom. n. 68. seq.* Id. *in Liliet. p. 287.* ita etiam simulatio promiscuè & absq; moderatione usurpata maximo incommodo imperantes involvit. *La dissimulation* inquit Meinerus *qui tend a desguiser la verité, est un vice qui n' apporte jamais d' utilité a ceux qui s'en servent, si ce n' est lors qu'on en use comme des medicaments composez de venins, à sçavoir seulement lors qu'on ne s'en peut bien passer, & qu'il faut tont employer*

pour

pour se conserver, & non autrement, ny excessivement. Et aliquanto post: *Le Prince se doibt bien garder de dissimuler par le seul desir de nuir à autruy. Car en ceste derniere façon la dissimulation ne luy peut estre que tres nuisible & vitupenable, & sur tout s'il s'habituë à dissimuler a tout propos, au ec toute sorte de personnes, pour tous subjects, en tous lieux & tousjours: d'autant qu'en ceste façon il perd tellement son credit, que personne n'adjouste foy en rien qu'il dit, ni qu'il entreprenne, & tout le monde se mes fie de luy: de sort que personne ne l'aime de bon coeur & a son imitation tout chacun luy use de dissimulation si bien qu'il ne se peut fier de personne, & est contraint de faire toutes ses affaires en tres-grand incertitude.* Quicunq; ergo in hoc dissimulationis theatro personam decenter agere volet à turpi & nimis aperta aut profunda dissimulandi specie sibi caveat. Quam cautionem Aristoteles quoq; requirit *Eth. 4. 7.* inquiens: Quicunq; moderatè

utuntur

utuntur dissimulatione & circa ea, quæ haud planè perspicua & ante pedes oculosq; sunt, gratiosi apparent. Contra qui immodicè & ineptè, revera fatuelli. Cui enim bono tegmen, si transluces? Lipſ. *IV. Pol. 14.* Nimis aperte simulator supremus ille Tartarorum Imperator, qui cùm ad electionem Regni Poloniæ Patrûm memoria admitti postularet, non modò se Christianum in Polonorum gratiam futurum per Oratorem suum promisit; sed etiam cum duplicem Christianæ doctrinæ sectam esse perciperet, se Lutheranis Lutheranũ, Pontificiis Pontificium futurum. Sed hic quidem cum indignitate & risu rejectus. Lentul. *Arcan. Regn. è Tac. c. XLIX. q. 4. f.* Nec aliam modernus Moscorum Czarus, cum nuper Sceptro Poloniæ per abdicationem *Joan. Casimiri* Regis, in medium posito unà cum reliquis Regni Candidatis videl. Neoburgo, Condæo, Lotharingo, &c. immineret, & Romano-Catholicam religionem cum gente sua se susceptum promitteret, ap. Polonos

fidem

fidem invenit. v *Censur. Candid. Sceptr. Polon. in Mosc. Exam. Sarmat. Florian. d. Gurry Gursky p.* 25. Inter omnes tamen, Melancholicos ad simulandum & dissimulandum maximè idoneos judicat *Virg. Malvezzus.* Quemadmodum enim unica nubes cœlestium luminum principem Solem, ita etiam atram bilem in Bruto olim, de quo Ovidius *L. II. Fast.*

Brutus erat stulti sapiens imitator ut esset
Tutus ab insidiis dire superbe tuis.
Ille jacens pronus matri dedit oscula terræ;
Creditus offenso est procubuisse pede.

omnes artes obscurasse, & maxima consilia elusisse, idem arbitratur *in Tymn. p.* 102. quales Melancholici, etiamsi tristes sint, & ubi otiantur penè insaniāt, attamē quando occupati sunt, pro sapientissimis ejusdem Itali sed & aliorum Politicorum sententia habendi sunt : imo pro iis qui bella cum ipsa sapientia gerunt : ut proinde à negotiis rebusq; publicis minimè arceri vel excludi debeant. Nec enim

vultus & corporis lineamenta, quàm potius animi dotes intueri convenit. Ingeniis quibusdam velut auro ineſt ſua ſcoria, eoq; ex fodina extractum quidam vix aſpiciunt & velut glebam inutilem contemptim pede protrudunt, periti verò diligenter ſervandum curant, non quale in præſens, ſed quale ex arte utentium futurum ſit, æſtimando: Sic ingenia aliquorum valent, non prout per ſe ſunt, ſed prout rebus ſcitè atq; dextre applicantur Schoock. *L. Arcanor. VIII. c. 2.* qui nec *Cholericos* hac conſideratione negligendos cenſet, licet vulgo furioſi habeantur: cum proſint ad incutiendum aliis terrorem, ſi præſertim negotium fuerit cum protervis & temerariis Ingeniis, quibus domandis ſufficit horum audacia. At dicis, mentiri non eſt Viri boni, ſummumq; dedecus in privato, nedum in Principe? quem non decet labium mentiens. *Proverb. XVII. 7.* unde Gunther, *Ligur. 3. 511.*

nudo

- nudo jus & reverentia verbo
Regis ineſſe ſolet, quovis juramine
major.
Non decet in labiis verſari lubrica Regis:
Non decet ore ſacro mendacia, cudere
Regem:
Sancta & plena ſuo ſunt regia pondere verba:
Dicta ſemel nullum patiuntur jure
recurſum.

aliter quàm *Autor h. & ſeq. peric.* vel etiam Plato *V. d. Rep.* docet: *crebro mendacio & fraude uti Imperantes debere ad utilitatem ſubditorum.* Ita eſt. Sed falſiloquium pro re nata & mendacium eſt & non eſt. v. *Diſſ. Jo. Lud. Praſchii d. Mendacio p. 36. 39.* ſi fallis & ſimilibus ludis, jocus eſt. Si ratione officii aliud in pectore clauſum geris quàm ore profiteris, perſona & locus defendit, nec crimine notaris. *l. aut facta 16. §. 1. D. d. pœn.* D. Rachel. *com. in L. III. Offic. Cic. p. 484. verb. ex omni vita.* Inſtas, at in officioſo eius mendacio etiam pernicies

paratur? Cui quæso? malevolo ac hosti Reip. & hæc mea mens. Illum melius per mendacia s. falsa dicta aut simulata opera supplantare, quàm vi aperta aggredi. Quem enim factis offendere haut iniquum est, eum verbis non posse lædere sit absurdum nisi in modum contractus efferantur. Prasch. *d. Diss. p. 44.* Atq; hæc, humanam præsertim si consideras *prudentiam*, proba; quidni? ad *bonum* enim *publicum* referuntur, cuius in favorem qui privatis omnino commodis præferendus *l. 11. §. 2. l. 14. §. ult. D. d. muner. l. un. §. 14. C. d. caduc. toll.* plurima aliàs quantumvis dura & iniquam præ se ferentia tolerantur. *v. I. ad peric. ult.* adde *necessitatem.* Quod contra tot insidiantes vix est ut se suosq; aliter tueatur bonus Princeps, *mores* etiam, cùm mater infantem, præceptor discipulum, Medicus ægrotum, ut gustu amara sed usu salubria recipere velit, crebro mendacio decipiant. De Medicis canit elegantissimus Lucretius *Li. I. absinthia tetra medentes.*

Cùm

Cùm dare conantur, prius oras pocula circum
Contingunt mellis dulci flavoq; liquore
Ut puerorum ætas improvida ludificetur
Labrorum tenus: interea perpotet amarum
Absinthi laticem, deceptaq; non capiatur.

De universa hac re Baudius *gnom. jamb. L. II. gn. 13.*

Exercet Orbis cunctus histrioniam,
Mimumq; grex mortalis in terris agit,
Ubiq; fucus regnat, exulat fides,
Mens tecta frons aperta, sincerum nihil
Intus volutant, sed malæ mercis scatent.
Ergo expedit cavere fraudium strophas,
Vaframq; vulpem, quæ leonina latens
Sub pelle, celat pectus instructum dolis.

Semper ſub ictu degit, & plagæ patet
Qui ſenſa cordis ore promit aulicas
Haut doctus artes. Si ſub aureâ virûm
Propage vitam viveremus in ſtatu
Platonis alti, fas piumq; non foret
Arcana mentis abdere, & ficto fidem
Præſerre pultu; nunc in hacce publica
Contage morum congreges inter malos
Malo eſſe jus eſt, corq; diffidentia
Munire juſti mater utilitas probat,
Et lege majot flagitat neceſſitas.

Pericope XI.

Fit ſimulatio plerumq; cum Verbis, perſuaſione, mendacio, promiſſionibus, & pollicitationibus, gratiæ oblatione in errorem ducimus. Verborum magna reve-

reverentiâ olim, adeo ut certissima ex illis obligatio prodiret, quæ exinde Verborum obligatio dicebatur. *pr. I. d. V. O. l. 1. D. eod. l. 52. D. d. O. & A.* (vid. Grot. flor. sparsim ad L. non figura D. d. O & A.) Hinc illa verba Bey wahren Worten/Adelichen Ehren und Glauben/ *à parole, â foy du Gentil homme*, juramenti loco habebantur. Mynsing. *Obs. 17.* Beust. *in l. 5. n. 14. d. jurei.* Et si fides & verborum robur non esset, haud cum Principibus â Judiciis & II. liberis tractari posse, Franciscus I. Gall. Rex dixit: & Alphonsus Arragoniæ Rex, Verbum Principis tantum valere debere, quantùm privati juramentum. Besold. *Disc. d. fœder. c. 6. n. 5.* Verba sunt inventa ut demonstrent voluntatem, eorumq; ministerio utimur. *l. 7. §. 2. D. d. supel. leg.* illa autem cum sint ambigua, facilè hominibus alia persuadetur opinio. Et hoc proprium Prudentiæ scribit *Cic.* conciliare sibi hominum animos, & ad usus suos adjungere. Ita Metellus ap. Salust. *d. Bell. Jugurth.*

gurth. Legatos Jugurthæ alios ab aliis diversos aggreditur. Cicero Allobrogum Legatos. *Id. in conj. Catil.* Quam artem etiam Ludovicus XI. Rex Gall. calluit, qui in omnibus ferè Principum aulis suos ὠτακόυστας ex intimis consiliariis aluit annuo salario. Comin. *d. reb. gest. Lud.* Maximè a. homines oblatione gratiæ, unsern lieben getrewen/lieben besonders / mit Gnaden gewogen. Clapm. *L. 2. arc. pol. 19.* & munerum, se capi, sinunt, ut hodie corrupti depravatiq; mores sunt admiratione divitiarum Cic. *II. d. Off.* Faciunt huc plerumq; bona caduca, vel tempore belli ad Interim possessoribus data, quæ non ita avide arriperent, si illud Tac. *IV. H.* verum crederent. Apud sapientes cassa habentur, quæ nec dari nec accipi salvâ Rep. possunt.

Add.

De tendiculis syllabarum ac verborum, eorumq; callida interpretatione, jam tùm quædam in superioribus, præsertim

sertim ad *peric. IX.* notavi. De persuasione item ac precibus, quæ ita ferè concipi solent: Wir bitten euch ihr müsset das thun. Knipschild. *d. fideic. fam. c. 1.* peric. III. & inibi cit. §§. annexi Discurs. egi. Quarum illa ut in exactionibus tributorum, quorum aspera in vulgi auribus vox, res in animis, longe coactioni anteponenda, ita nec in reliquis negotiis publicis, si populus refragetur, omittenda est. Persuadere inquit JCtus, est plus quàm compelli *l. I. D. d. serv. corrupt.* Nonne impetrare meliùs quàm imperare? etsi quid impetrare? suasio ab eo qui jubere potest, vim necessitatis affert. Tac. *XIV. A.* Sic e. g. Politici & inter eos Fr. Patritius. *L. IV. d. Rep. t. 9.* arcem & propugnacula sedem Tyranni vocant, atq; ista occupata certissimum Tyrannidis signum passim ap. Quintil. in Declamat. v. *not. varior. in Phædr. fab. 2. v 5. edit: Freinshem.* Hinc optimam illam Remp. laudant, quæ beata concordia civium & gubernantium tuta fit. Richter. *p. 1. ax. pol. 67.* Interim tamen sæpius effrenatæ

subditorum & mobiles mentes, quas si non coarctaveris, metuendum ne ipse sceptrô dilabaris. conf. Lentul. *Dub. LXVIII.* Sæpè feroces hostium & vicinorum impetus metuendi, qui sanè melius cohiberi non possunt, quàm si per arces tq. frenum retineantur. Vi ergo impones, haud suaserim, nam non assuetæ frenis servitutis tumidæ gentium inflatæq; cervices, facilè aliàs ab imposito jugo resiliunt. Flor. *L. IV. c. ult.* & quos vi viceris, cave amicos tibi credas. Curt. *VII. 8. 28.* Quin potius arte hoc & blanditiis efficies: si præsertim defensionem prætendas & securitatem, ne urbs vel regio unius cujusq; insidiis & rapinis pateat. Improbandus ergo Hispanorum fastus, qui libera & nullius jugi assueta Batavorum ingenia arcium, castellorum & præsidiorum munimentis compescere attentarunt. Quid effectum, nisi ut documentum Hispanæ crudelitatis quotidiè exhibeant, vanèq; præliatus fuerit Hispanus cum gente, quæ per damna, per cedes ab ipso ducit opes animumq; ferro.

ferro. Olim cum Carolus V. Cæsar intercedente And. Auria arcem Genuæ imponere non posset, alia ratione Principatum firmavit: nim. Genuensium pecuniam, quâ ferè illorum opes continentur, mutuò sumpsit, eamq; gravi fœnore pavit; sicq; hominum quæstus dulcedine illectorum opes sensim ad se contraxit, & urbem in ære suo h. e. civium studia in potestate habuit. Thuan *L. 61.* & hoc respectu hodieq; liberius Genuensibus quàm Mediolano imperare Hispaniar. Regem asserit. Th. Campanel. *c. 14. d. Monarch. Hisp.* & ex eo *Forstn. hypomn. XII.* it. *Not. Pol. in Tac. III. A. 43.* Cetèrùm illam animos lucrandi solertiam quàm in Ludovico XI. Gall. Rege *Autor n. h. l.* deprædicat, scelere vacuam esse arbitramur cum D. Forstnero *Not. in Tac. XI. A. 44.* si quis perfidiam non in alterius emercetur perniciem, suam duntaxat curaturus incolumitatem. Ubi recenset ex possevin. *histor. Monferr. p. 89.* & Comin. *3. Comm. 11.* Guilielmum Mantuæ Ducem multum fuisse in ero-

gationibus erga illos, qui plurimùm in aulis maximorum Principum poterant. Id. D. Forstnerus non ita pridem Ludovicum Regem Triumviros rerum omnium ap. Gastonem fratrem arbitros, *Puy Laurentium* CCCCC libellarum liberalitate, *Cognensium* Præsidis in Parlamento honore & Cardinal. spe, *Monsigotum* 25. scutator. dono sibi emisse refert *not in Tac. XV. A. 2.* quamvis non nostri tantum sed & prisci ævi principibus olim solemne fuerit, otacustas suos & πονηρούς alere, de quibus v. Xenoph. *L. VII.* & Aristot. *V. Pol. 11.* Maximè autem pollicitationibus, *munerum*g & *gratiæ* oblatione homines capi solere D. Autor sub finem *h. peric.* adfirmat. Quàm sæpè Imperantes hoc fascino dementant subditos: Unsern lieben getrewen/besonders lieben/ wir bleiben euch mit Gnaden/ Fürstl. Hulden gewogen und beygethan. Verba, eia, aperta: sed recludementem, & invenies suspiciones, iras, odia. Hæc incerta, si tu ratione certa facies, nihilo plus ages, quàm si des operam

ram ut cum ratione insanias, non hic libera ora & voces, sed strictæ: nec oportet disputare de principali judicio *l. 3. C. d. crim. sacrik.* Non igitur absq; causa L. Baro à Roggendorff, cùm tempore supplicii Pragensis Ferdinandi Imp. gratia ipsi annunciaretur, si modo supplicem se sisteret, quæsivit: Was soll das für eine Gnade seyn? eine Böhmische Gnade? die ist Kopff ab: oder eine Mehrische? die ist ewige Gefängniß: oder eine Oesterreichische? die ist alle Güter confiscirt. Aut Guisius, quamvis apud Canutes, præsente Regina matre Regi reconciliatus, ad comitia Bloesensia accedere dubitavit. Quod enim diffidentia hæc ipsum non fefellerit, tragicus ejusdem exitus postea docuit; de quo supra ad *peric. VIII.* Certè nimia & singularis gratia, uti omnium oculos invidiamq; in se convertere solet, unde Peucerus [non falsus hac in re vates] alicubi de se ipso scribit: *quanto gratio magis augescebat, tanto ego vicissim consternabar, magis, ac contristabar animo, cumq; eo usq; invaluisset,*

ut in meis ædibus vellent cænare Principes, planè fractus animo de diuturnitate gratiæ ſpem omnem abjiciebam, nam neq; ad hunc ſummum gratiæ gradum & quas. faſtigium, aliquid amplius adjici poſſe ſciebam, ut abrumpi tandem illam neceſſe eſſet, neq; æmulos invidos & malevolos defuturos certo cogitabam. cit. D. Schutzio *in Reflex. Pol. c. VII. n. 12.* ita ex ſententia *Barclaji* ferè ſemper ſuſpicioſa debet eſſe. Huc facit inſigne *Ovinii Camilli* exempium ap. Lamprid. *in vit. Alex. Sever. Qui* verba refero Lampridii, *Senator antiqua familiæ delicatiſſimus cùm rebellare voluiſſet tyrannidem affectans, idq; Alexandro Severo nunciatum eſſet ac ſtatim probatum, ad Palatium eum rogavit, eiq; gratias egit, quod curam Reip. quæ recuſantibus bonis imponeretur, ſponte reciperet: deinde ad Senatum proceſſit, & timentem ac tanta conſcientiæ labe confectum, Participem Imperii appellavit, in Palatium recepit, convivio adhibuit, ornamentis Imperialibus & melioribus quàm ipſe*

utebatur, affecit, & cum expeditio barbarica esset nunciata, vel ipsum si vellet ire, vel ut secum proficisceretur, hortatus est, & cum ipse pedes iter faceret, illum invitavit ad laborem, quem post quinq; millia cunctantem equo sedere jussit, cumq; post duas mansiones equo etiam fatigatus esset, carpento imposuit. Hoc quoq; seu timore seu verè respuentem, abdicantem quin etiam Imperium & mori paratum dimisit: commendatumq; militibus â quibus Alexander unicè amabatur, tutum ad villas suas ire præcepit, in quibus aliquandiu vixit, sed post jussu Imperatoris interfectus est. Honores quod tritô fertur adagiô, *mutant mores, raro in meliores.* Homo enim quandò in locum nimis altum adscendit, solet ipsi turbari cerebrum. Noctua quantò altius de die volat, tantò minus videt: Sic multi sublimiter evecti, proprios sæpè benefactores minùs socios cognoscunt. Le-Bleu *Liliet. p. 120.* Inprimis plebeji & humili genere orti, si ad dignitatem & honores ex luto pervenerint,

rint, immemores suæ sortis plerumq; ambitione insolenter se efferunt, aliosq; deprimere conantur: Quos proinde Pallantem istum Cornelianum Claudiiq; libertum sæpissimè imitari videas, qui adeo superbæ inter suos erat consuetudinis, ut domi nihil unquam, nisi nuto & manu significaret: vel si plura demonstranda essent, scripto uteretur, ne vocem consociaret. Tac. *XIII. A. 23.* inde non frustra Claudianus:

Asperius nihil est humili, cum surgit in altum,
Cuncta ferit, dum cuncta timet: desævit in omnes,
Ut se posse putet: nec bellua sævior ulla est,
Quam servi rabies in libera colla furentis.

Quidam Imperantium metamorphosin talem animadvertentes, honores alios addunt, quo benignitate fortunæ elati quos perdere volunt, majori dedecore, lapsuq; tanto graviore, sub mole veluti honoris ruant cum Sejano, quem Tiberius

berius honoribus certè non vulgaribus primùm auxit, posteaq; in extremum vitæ periculum deduxit. Quanquam Malvezzo minus tutum consilium habeatur, *evehere per depressionem*, cum feliciter plerumq; eleventur homines, sed difficulter ut plurimum deprimantur. *persecut. David. p. m. 52.* Tutius sanè erit, sub specie saltem honoris ad pœnam potentiores trahere, vel carceri includere, illosve, quorum præsentia gravis est, per eandem speciem submovere; uti jam ante, præsertim *ad peric. V.* plenius expositum fuit. Vir prudens ergo causas delati honoris semper expendet: ne fortè aut vice pœnæ sit, aut fraudi majori honori quem promeruit. Schoock. *L. II. Arc. Pol. c. 8. f.*

Oblatione munerum se capi sinunt] Munera privatorum excæcare dicuntur *Exod. XXXIII. 8.* puta non ἐνεργῶς sed ἀφορμητικῶς. Jubetq; magnum illud sapientiæ columen (Seneca) *ep. 8.* ut quisquis tutam agere vitam volet, quantum plurimum potest, viscata vul-

vulgi beneficia devitet, in quibus hoc quoq; miserrimi fallimur, quod habere nos putamus, habemur. At munera potentum, quæ ut Dejaniræ tunica Herculi, & Medeæ vestis Jasoni ipsam donatariis mortem & exitium interdum afferunt (cujusmodi sunt chirotecæ, venenatis odoribus delibutæ, singulare ac proprium Hispanorum inventum ac secretum, in cujus notitiam intromitti, sed frustra, ab Apolline petunt Gall. ap. Boccalin. *in Lap. Lyd. Pol. p. m. 43. seq.* poma odorifera venenata &c.) illitos cibis hamos & opertos præda laqueos rarò imitantur. Quorum multi cùm obesse volunt, prodesse se simulant. Quomodo Mucianus Antonium, quia opprimi nequibat, multis in Senatu laudibus cumulatum secretis promissis onerat, citeriorem Hispaniam ostentans, discessu Cluvii Rufi vacuam. Simul amicis ejus Tribunatus Præfecturasq; largitur. Dein postquam inanem animum spe & cupidine impleverat, vires abolet: dimissa in hyberna legione septima, cujus flagrantissimus

tisſimus in Antonium amor. Tac. *IV. H.39.* Bona caduca ab A. huc referuntur, (aurea illa meſſis in qua quilibet etiam ſtipulos legere ſolet) & in genere illa, quæ apud ſapientes caſſa habentur, nec dari vel accipi ſalva aut illæſa Rep. poſſunt. Danti hoc facile, quia alios capit, nec dominium transfert *l. 54. D. d. R. J.* cùm non res ipſius ſit ſed aliena *l. 9. §. ult. D. d. donat. l. 14. C. cod.* ſed Reip. cujus tanquam pupillæ bona diminuere nec poteſt *l. 3. C. d. jur. Reip.* Everh. *à loc. pupill. ad Remp.* nec intendit. Accipienti turpe, quia affectavit ea quæ alienari non poterant, alienata verò revocationi (quæ plerumquè ſucceſſore ejus qui dedit, fieri ſolet) ac reſtitutioni obnoxia ſunt: in quibus ſcit vel ſcire debebat ſuam imbecillitatem periculoſam eſſe *arg. l. 8. D. Ad. L. Aquil.* Tales ergo ut olim Apinius Tiro *Tac. III. H. 76.* opibus conquirendis plus invidiæ ſibi, quàm virium addunt, nec magis aut certius adquiſitis gaudent, quàm Baſcha ille ap. *Manlium in Loc. comm. tit. d. Magiſtr.*

p. 634.

p. 634. cit. Aut. Disc. d. Comitiis A. 1663. p. 2. C. 3. a. in not. lit. C. Cùm enim Legati Austriaci hospitio ab eodem fuissent excepti, & colloquerentur inter se Forma Imperii Germanici ac Turcici: interrogavit eos Bascha: An homines in Imp Germ. haberent proprias facultates? Cui Legati responderunt: Reges nostros habere sua certa dominia, & reliquos subditos Nobiles, & Magnates pleno dominio possidere suas facultates, & alia in quibus haberent dominium utile ut feudalia, nec licere Dominis eripere quæ velint. Sedit ad hæc Imb Bascha cogitabundus, tandem verò iterum sustulit oculos, & quotannis *inquit*, recipio nomine Domini mei sex tonnas auri, unde oportet numerare stipendia: sed quando morior, nescio an obulus sit perventurus ad heredes meos.

Illud verò satis mirari nequeo, ipsos aliquando Romanos, dum hostis Urbem Romam obsideret, munerum & amicitiæ oblatione, per nimiam socordiam ab eodem circumveniri potuisse. Alaricus enim

enim Gothorum Rex cum Romam vi expugnare fruſtra aliquoties tentaſſet, lectis de omni exercitu puberum ſed inveſtium trecentis, eosdem Senatui Rom. per internuncios offert: & ne fortè ſuſpicio aliqua Romanis oboriretur, ſingulari conſtantiæ ac fidei ipſorum erga Principem hæc talia deberi, in ſpeciem adfirmat. Recipiuntur ergo ſpecie ſervorum ſelecti & ſatis jam ab Alarico inſtructi 300. adoleſcentes. Etiam Barbari tanquam obſidione ſolutâ, ita ut ad notitiam Romanor. hæc res perveniret, dimittuntur. Ubi verò deſtinata irruptioni dies advenerat, 300. illi interfectis derepente cuſtodibus, portam Salariam Alarico ejusq; militi ibidem exſpectanti, aperiunt. Tum vero Barbari in proxima portæ ædificia incendio graſſati, quæ inter domus *Saluſtii* nobilis quondam. Hiſtoriarum Scriptoris ſemiuſta ad noſtram ætatem manſit, omniq; urbe direpta, magna Romanorum cæde edita, aliò pergunt. Fuſius hæc Lentulus *Dub. CLIII.* ex Vandalicâ Procopii Hiſtor. recenſet

censet, qui idem Turcas donis missis & amicitiæ simulatione exitium non semel incautis struxisse ex Musulmanna eorum Historia *ibid.* observat. A quorum fraudibus tanto diligentius cavendum. Ab animo barbarè hostili, & crudelis imperii in omnes appetente, rarò synceri amici officium exspectandum. Inimicus autem rogans & præter morem se tibi amicum simulans & blandiens, ut fertur Italico proverbio, vel decepit, vel conatur decipere Sic Dion. cum scripsisset Didium Julianum integro biduo nihil eorum prætermisisse, quæ ad deliniendos conciliandosq; sibi Senatus animos pertinerent, addit: *Sed nemo nostrum ei fidebat, eratq; suspecta omnibus ejus assentatio. Nam quod extra modum fit, licet putetur quibusdam esse gratum, tamen prudentibus fraude carere non videtur* M. A. Del Rio *Com. in Sen. Thyest. v. 472.* Deniq; etiam vultu, gestibus, prensatione manus, *Et* sc. *dextra fidesq;* amplexibus, osculis Imperantes quandoq; fallunt. Sed ô tempora ô mores! *Candor ubiq;*

exulat

Exulat, & gelido est rarior igne fides.

vel ut rythmi Germanici habent

Judas Kuß ist worden neu
Gute Wort und falsche Treu/
Lach mich an und gib mich hin
Ist nunmehr der Welt ihr Sinn.

Sub charitativi osculi prætextu proditorium fovebant V. Testamento Joab Amasam trucidans *II. Sam. 20.* & Novo optimum ingrati Orbis pignus Sospitatorem nostrum & Dominum JESUM CHRISTUM pessimus mortalium & nomine indignus Judas: quorum ille *Politicus*, hic *Ecclesiasticus*, uterq; hoc doloso seculo sectatores reliquit, inquit Dn. Vestringk. *p. m. S. Reg. Maj. Suec. Consiliarius status in Livonia, ac Cancellariæ olim Director, in eleg. Diss. d. Osculis, quam sub præsidio nostri Autoris Hospitis sui & Doctoris t. t. ven. solidè literatorũ sententiis exposuit Gryphiswaldi A. 1642.* Et certè Mundus iste periculosior est blandus quàm molestus, & magis metuendus, cum se illicit diligi, quàm cum admonet cogitq; contemni. Augustin.

guſtin. *ep. 144.* Id. *in c. omnis 5. q. 5.* Meliora eſſe ait, vulnera amici quàm voluntaria oſcula inimici: ac melius eſſe cum ſeveritate diligere, quàm cum lenitate decipere cit. Georgio Conradi Filio Rittershuſio *in jucundiſs. Diſs. Hiſtor. Philol. d. oſcul. ſect. 8.* Adfinitate quoq; ac Nuptiis Imperantes ludere, aliisq; illudere, teſtis eſt Meleander *in Argenid. Jo. Barclai. Lib. III. Scio* inquit, *à Regibus ſæpè filias aut ſorores ſpargi in eos, quos fallere amicitiæ ſpecie volunt, vel ad tempus placare: nihilq; deinde ſui ſanguinis pignoribus, nihil nominum, quæ mutuo inierunt, reverentia moti, pacem & bella ex temporum & fortunæ æſtimant Ingenio.* Alios adhuc cit. Le-Bleu *in Liliet. p. 28. ſeqq.* Hac arte ab Auguſto Antonius Triumvir nuptiis ſororis illectus ſubdolæ adfinitatis pænas morte exſolvit. Tac. *I. A. 10. 5.* & Saules Hebræorum Rex, Davidem, quem habebat odioſum, per matrimonium ſupprimere voluit: non attendens quod, dum decipere cupit Davidem, ſeipſum decipiat

piat, & dum viam ei ad Imperium præcludere gestit, eandem illi aperiat. Malvez *in David perfec. pat.* Præter hos v. Caracalla Imp. pace cum Parthis factâ cum Regis filiam ex more potius quàm amore (ut enim Comediæ, ita belli cujusq; gravissimi exitum esse aliquod cernimus matrimonium. Duaren. *d. rit. Nupt. c. 3.*) sibi desponderi curasset, in ipsis nuptiis amicos Regis, Principes ac Duces, nihil metuentes, armis inter epulandum confodi jussit. Vixq; olim nuptiæ, quas nuper Navarræus cum Margarita Caroli IX. Gall. Regis sorore celebraverat, apud Reginam cæterosq; consiliorum participes Proceres efficere potuerunt, ut ob affinitatem vitæ ipsius parceretur, nec ut Colignius *de quo sc. dixi. ad. peric. X.* ac reliqui, quos laniena Parisiensis sustulit, victima morti caderet. Cujus tamen Principisq; Condæi comites, cubicularii, clientes, pædagogi, & nutricii fidem Regis magna voce implorantes, è cænaculis deturbati atq; ab Helvetiis satellitibus Regis, hujus in con-

ſpectu, multis vulneribus confecti ac trucidati ſunt, prout *Hiſtor. trag. d. furor. Gall. Tumultib. Belg. Erneſt. Eremundi annex.* teſtatur, *p. 397.* Hiſpanorum artes varias vafrasq; in conjugiis contrahendis. *Aut. arcan. Hiſp. domin. c. XXI.* proponit. Quos inter & Gallos, poſtquam *Maria Thereſia* Hiſpan. Regis Filia in thalamum Regis Gall. jam venit, nihilominus ut antè, perſeqvutio civilis etiamnum durat.

Pericope XII.

Et quidem talia verba, promiſſiones, &c. *d. quibus in præced. egimus*, quibusdam velut pignoribus ſolent corroborare; ſc. Literis, Captiulationibus, Reverſalibus, Majeſtät Brieffen / &c. accedentibus, ut major ſit efficacia, ſolenni ſubſcriptione, obſignatione & plerumq; juramento. Tales literas Henckel. *d. prot. bell. Guſt.* Sincerationum tabulas dicit, & eò Hinr. Giſebert. *in Guſt. Orth. p. 73.* reſpicit. Naſcebatur olim ex literis, ſimili-

militer ut ex verbis obligatio, licet non accepisses. *t. t. J. d. Liter. oblig.* Hodiè licet quis acceperit, effugia & latebras quærit, ut elabi possit. Hinc tot exceptionibus doli mali, simulationis, rei non sic vel aliter gestæ renunciatur, qvs. terras fides & Astræa reliquissent. Non chartæ & Scripturæ sed vis & necessitas Principem ad servandam fidem adigunt. Mach *L. VI. Hist. Florent.* & *L. III. Disc. Liv. c. 42.* Subscriptiones adduntur, ut major sit literis autoritas, mit eigenen Händen unterschrieben / & signis, sigillis gentilitiis corroborantur mit angebornem Pittschafft / vel si major dignitas, Ducatus, Regni, Coronæ, Imperii, vel Cameræ sigilla, Bullas, appendi jussimus. Bornit. *tr. d. Instrum. L. I. c. 20.* Sed nec hæ cautiones cavillatione carent, sæpè iis cautor captus est. Landgravius Hassiæ pro Einig/ Ewig/ ferè accepisset. Hortled. *d. Bell. Germ. L. 7.* Sleidan. *L. XIX. comm. d. St. Rel.* Non sufficit an literis nomen subscribas, distinguitur an Philippus vel Joel Rescriptum sit, an in

simplici vel regali papyro, an minori vel majori sigillo munitæ sint. Baud. *d. Induc. L. I.* Em. Meter. *tom. II. Hist. Belg. L. XXVII. & seq.* Taxat illam subtilitatem And. Verrejcken ap. Baud *d. l. his verbis p. 57.* ubi subscripta & subsignata fuerint omnia, quæ à versatissimis ingeniis ad tollendas omnes exceptionum ambages excogitari possunt, quid erunt ista præter vocabula artis? præter cautiones formularum? præter literas, figuras & voces? Infirma sanè sunt hæc fidei vincula, nec idonei obsides diuturnitatis, nisi Magnates ultro sibi legem dicant, ne ulla spe, vel ingentis commodi, neve ullo prætextu recedere velint à promissis. Et quid mirum, cùm juramentum litium expediendarum remedium *l. 1. D. d. jurei.* nequitia hominum vires suas amittat. De Græciæ civitatibus Thucyd. *L. 1.* scribit, si quando juramento se invicem præsenti necessitate constricti obstrinxerunt, id tamdiu ratum fuisse, dum nullum aliunde subsidium sperare poterant. Idem de Carolo Duce Burg. Comin.

Comin. refert. *L. IV. d. reb. gest. Lud. XI.* & Bodin. *V. d. Rep. 6.* ait, fidei religionem plerosq; nullam putare, si publica utilitas agatur. At Deorum injuriæ Diis curæ. Tac. *I. A. 73.* jurisjurandiq; contempta religio satis DEUM ultorem habet. *l. 2. C. d. reb. cred.* nec vane extremum judicium advocatur, quod omnibus terribile & tremendum esse debet *l. 14. C. d. judic.*

Annot.

Repete huc quæ de Capitulationibus ac Literis Majestatis supra *ad peric. II. & IV.* dicere antevertimus. Quibus non possum non illud hîc addere, quod status Evangelici Lipsiæ congregati, de Sanctionibus atq; Recessibus Imp. in literis suis ad Imperatorem de dato *18. Mart. Anno 1631.* adfirmant: Es wolle das Ansehen gewinnen / als ob die mit grosser provi dentz und Fürsichtigkeit auffgerichtete Sanctiones und Abschiede gar ihren Abschied bekommen sollen. Cùm tamen in Legum ejusmodi publicarum observa-

tiam ac confirmationem recens electum Regem Rom. semper in Capitulatione Cæsarea jurare faciant Electores: & hodiè quidem non tantùm subscriptio, de qua B. D Fritzius *Exerc. I. ad Recess. I. §. 3.* sed & subsignatio à parte Imperatoris Recessibus accedat. *Jd. d. l. §. 4.* ubi morem sigillandi Recess. hodiernum, proculdubio ex Auctore des warhafften Berichts &c. wie es heutiges Tages auf Reichsversamblungen gehalten wird. rubr. von Beschlussen und Abschieden eines Reichs Tages refert. ad. Paurmeist. *d. Idict. Imp. Rom. L. II. c. 2. n. 32.* Sprenger. *V. Semest. d. mod. proced. in Comit. Germ. p. 414. seq.* constat equidem ex scriptis ipsorum Catholicorum, quos vid. ap. Limn. *in annot. capit. Ferd. II. a. 38. verb.* nichts erlangen. Imperatores nonnullos statim ac juravissent, à Pontifice iterum absolutionem petiisse: sed quantum hujusmodi absolutioni, in qua etiam Deo superior existere vult Pontifex, tribuendum sit, post alios idem docet Limn. *in proleg. Capitul. sect. 10. n. 27.*

add.

add. D. Henckel. *in coll. Feud. Disp. V. d. Regal. pos. 73.* it. D. Ziegler. *in not. ad Instit: Lancelloti L. 2. t. 10. §. 18.* Ipseque *Covarruvias*, si summus Pontifex absq; causa, & ubi justè dispensare non potest, vinculum juramenti remittat, non reddi jurantem immunem à peccato periurii *part. 1. Relect. §. 3. tom. 1.* tradit, nec quenquam temere opinari debere indistinctè se immunem & tutum esse à perjurio contra divinam Maiestatem commisso, per quamlibet Romani Pontificis dispensationem. Idem faciunt *Jo. Imola* & *Anton. Butr.* Pontificii *in c. 1. d. constit:* quibus adstipulatur Bodinus *V. d. Rep. c. 6. n. 597.* Hodiè igitur expressim cautum ac provisum in Capitul. Ferdin. IV. & moderni Imp Leopoldi. *a. 38.* ne talis post hac absolutio aut simile quidquam impetretur. Adeo nimirum Lysandri illud etiam inter Christianos, & qui in summo dignitatis fastigio versantur, verum est: *Pueros ludere astragulis: Principes juramentis.* Cum Lysandro quosdam s. ævi homines comparat

Jac. Ebertus *in histor. juram. p. m. 97.* qui dum Jusjurandum à subditis suis acciperent, interim aleâ ludebant, & cubos iactitabant, qs. innuentes, pari discrimine & in alea & in Jureiurando versari quem posse.

Eleganter Doctorum Phœnix Erasmus *in Libell. d. abus. ling. Jurandi nullus est finis, jurat Princeps inauguratus: jurant Magistratus: jurat populus: magnis ceremoniis res agitur. Excute juratos articulos, & videbis Jusjurandum non minus esse ludicrum, quàm est eorum qui suscipiunt professionem septem artium liberalium. Jurant qui Magistratum suscipiunt, & eum quidam ita gerunt, qs. juraverint se pejeraturos. Quoties autem iurant Cæsares priusquam coronam sacram accipiant? excute facta, comperies periuriorum plena omnia. Nec interim juratur per Jovem lapidem, vel per Herculem, sed per Christi crucem, per Sacra DEI Evangelia, per salutem animæ.* Certè Jusiurandum summarum potestatum non minus quàm

quàm subscriptio & obsignatio (qualia qui servare detrectat, eàdem facilitate corrumpit, qua firmavit) infirmum ubiq; fidei vinculum erit, nisi Principes sponte sua promissa servare velint, vel etiam vi ac necessitate ad hæc implenda adigantur. De quo hodiè nonnullos (videtur *Salmasium in defens. Reg.* Sacramenti observantiam Regum modestiæ relinquentem, nec arctius illos Jurisiurandi religioni quàm legib9 ab ipsis latis adstringentem intelligere *v. D. Bœcleri præfat. ad Lect. comm. ad L. II. Grot. præfix.*) dilutius quàm viros graves, & improbius quàm Christianos decet, scriptitasse conqueritur D. Bœclerus *in Disc. d. Domin. Emin.* Wissenbachius item Salmasii hoc effatum impietatis & blasphemiæ nota haud carere arbitratur *Exer. IV. ad tit. d. LL. n. 15.* Puto tamen Salmasium hìc non indistinctè sed respectivè loqui, quod videl. Princeps æque in his terris ad observantiam iuramenti non magis quàm ad legum suarum obsequium *l. 31. D. d. ll.* possit arctari, id quod ipse Wis-

senbach. opinor, non negaverit neq; ut blasphemum, cum de effectu saltem civili sermo sit, à quoquam æstimari debet. Posteaquam igitur illi Jusiurandum violarunt, in calumniosa statim interpretatione latebram perjurio quærunt, qus. fraus dissolvat non distringant perjurium. Satis putant, si quamcunq; rimam reperiant, & statim se liberatos esse Jurejurando, *interpretantur*. Scimus, inquit ingeniosus & facetus Plautus *in Aul. act. 2. sc. 2.* quo pacto soleant perplexarier: pactum non pactum, non pactum pactum est, cum illis lubet. Audimus loquentes: Juravimus quidem, sed Juramentum attendere non promisimus: qs. intersit, quicquam inter animum obligandi & promittendi, aut qs. fides ostentanda solùm, non etiam servanda sit. It. man könne den Eyd *dirigiren* wie man wolle. Cujus sophistices memorabile prorsus exemplum *ex Abbat. Urspergens.* M. Dresser. *Isagog. Hist. millen. V. p. 408.* recenset hunc in modum: Albertus Comes Bambergensis Heros insignis invaserat

rat Conradum Comitem Hassiæ atq; occiderat. Eum ergò Ludovicus (frater Conradi) in Comitiis Moguntinis ad dicendam causam adesse jussit, quò cum venire Albertus recusasset, in arce Bambergia circumsedit eum Imperator. Interposuit se Hanno s. Hatto *alii* Othonem *vocant*, Moguntinæ sedis Archi-Episcopus, promittens se Albertum ad Imperatorem adducturum. Profectus igitur ad Comitem in arce, persuasit illi ut secum ad Cæsarem iret, *Jurejurando confirmans, se vel in gratiam apud Cæsarem ipsum positurum, vel incolumem in arcem reducturum.* Fidem habuit Episcopo Comes, eumq; ad prandium sumendum amanter invitavit. At Episcopus mora nulla interposita dextram illius prehendit, & iter cum eo ingressus est. Cum vix urbe exissent, jam demum inquit Episcopus, pœnitet me spreti prandii, quod offerebas, iter enim nobis conficiendum est longius, non poterimus utiq; jejuni toto die ambulare. Mox Albertus iterum illum rogare, ut revers-

sus in urbem cibum prius caperet. Quod cùm utriq; placuisset, in arcem reductus ab Episcopo Albertus, lautè & benignè eum tractavit. Profecti deinde sunt ad Cæsarem in castra, & mox Albertus captus, capite truncatus. Quod cum iniquum judicaretur, & contra datam fidem feciſſe diceretur Episcopus, sophisticè facinus excusavit, qus. promissum suum exsolvisset in hoc, quod Comitem in arcem suam incolumem reduxisset, cùm ex itinere ad prandium sumendum eò rediisset. *Hæcille.* Sic Solimannus etiam Turcarum Princeps Ibraymo s. Abrahamo Bassæ cùm summum gratiæ locum teneret, caverat se nunquam illi vivo vitam erepturum: Odio deinde suscepto, dormitantem cultro adunco jugulari præcepit, perjurium se evitaturum vanissimè persuasus â Sacerdote, dormientem non censeri inter vivos adseverante, quia una vigilia totus vitæ actus constet *Jov. 33. Hist.* O vani! quacunq; arte verborum quis juret, DEUS tamen qui conscientiæ testis est, ita hoc accipit, sicut ille, cui

cui juratur intelligit. *c. 9. q. 5. caus.* 22. Licet enim in his & similibus astus potius in fide danda adhiberi quàm data violari videatur, veriss. tamen perfidiæ species. Hillig. *Don. enucl. L. XV. c. 40. in not. lit. c.* Quales a Domini, tales plerumq; Ministri sunt. Nam mores & vitia Regis imitari genus obsequii judicatur. Lact. *L. V. c. 6.* cit. *Paschal. in Legat. c. LXXV H. p. m. 470.* cuius oculos ita student obcæcare Aulici, ut in se ea solum à Principe percipiantur, quæ Principis moribus & insitis propensionibus conformantur. Quemadmodum Sejanus Principis sui mores sibi tàm indiscretè induit, ut non alter à Tiberio, sed Tiberius alter videretur. *Seb. Cæs. d. Menes. Tit. 3. c. 6.* add. D. Forstn. *ad Tac. XIII. A. c. 1. n. 4.* Audiamus *Wenceslaum* illum (quisquis tandem fuit) quem Hippolith. à Lapide *d. Rat. St. Imp. Germ. sect. 4. proleg.* in hæc verba scriptitasse memorat. *Totus mundus fuco utitur: cum vulpibus vulpinandum est. Pueri nucibus, viri juramentis fallendi sunt, nec infame est violasse*

Jurisiurandi religionem. Fecerunt hoc noſtri Principes: nos cariores habebunt, ſi non modo pro eis patiamur, & belligeremus, ſed etiam pejeremus. Dum crepundia vendunt inſtitores, ſimulant, mentiuntur, pro aſſe pejerant: & nos id non faciemus pro Regnis & arcibus? faciemus & quidem libenter. Quin & hodie privatis Jusjurandum (cuius tam ſancta olim religio fuit, ut non ſolùm parcè adhiberetur, ſed etiam de perjurio cuiusq; in iudicio ap. Romanos non licuerit inquirere. *l. 3. D. d. jurej. l. adverſus 15. D. d. except.*) eſt emplaſtrum æris alieni & mantile, quo noxæ quotidianæ exterguntur, ut loquitur Pacuvius Gell. *16. N. A. c. 7.*

In fortunæ jam caſibus omnia ponunt
Et nullo credunt mundum Rectore moveri
Natura volvente vices & lucis & anni
Atq; adeo intrepidi quæcunq; altaria tangunt.

ut

ut cum Cyr. Herdesiano *Epist. dedic. Tr. d. perjurio ejusq; differ. præfix.* perjurii crimine nullum hodie (proh seculum!) feracius, nullumq; maximâ animarum jacturâ sterilius esse, quilibet cordatus fateri cogatur. Ast ultor adstat à tergo Deus, cujus Sanctissimum eluditur Numen. Et

Ah miser! etsi quis primò perjuria celat
Sera tamen tacitis pœna venit pedibus.

Quod sanè miserandus Rudolphi Sueviæ Ducis exitus, olim evidensissimè probavit. Qui cum vivente adhuc Henrico IV (à quo Sueviæ Ducatum obtinuisse illum referunt) sed hieme sic satis aspera Romam evocato, diadema Imperiale capiti suo imposuisset, quod Papa Gregorius VII. eidem misisse fertur, hac inscriptione:

Petra dedit Petro, Petrus diadema Rudolpho.

in

in prælio prope Martisburgum Merßburg ab Henrico victus moriensq; absciſſam dextram periurii indicem Epiſcopis illius ſuaſoribus demonſtrans: *Videtis* inquit, *manum dextram meam. Hac ego juravi nihil injuriarum Domino meo Henrico facturum. Sed ad hanc juramenti transgreſſionem juſſio Apoſtolici veſtraq; perſuaſio commoverunt. Videte igitur quàm recta via vos monita veſtra ſequentem duxeritis.* Abbas Urſperg. *in Henr. IV.* Helmold. *Chron. Schlavor. L. I. c. 29. n. 3. edit. Bangert.* Neſcio an adhuc magis illud in ingenti Chriſtianorum ad Varnam, clade pateat: Cum Amurathes Turca ipſum Chriſtum ſublatis ad cælum vultu & manibus imploraſſet, ut ſi Deus verus & æqvus eſſet violatæ Cardinalis Juliani, & Pontificis Eugenii impulſu à Ladislao Ungariæ Rege pacis ſ. induciarum pariter ac jurisjurandi vindicem ſe præſtaret. Ipſe namq; Ladislaus unà cum ſuaſore Juliano, & multis Chriſtianorum millibus in hoc prælio occubuit, Varnamq;

namq; sanguine suo cruentavit. Cui tale scriptum extat Epitaphium:

Romulidæ Cannas, ego Varnam clade notavi.
Discite mortales non temerare fidem.

Refert ex Hilar. Bircmeier. *d. art. apodem.* Hilligerus *in Donell. Enucl. L. XXIV. c. 17. lit. r. in not.* in castello *Heiden* sex cadavera in sacello reservata viatoribus ostendi longissimo tempore non sepulta, quod terra ea absumere nequeat, eò quod illi homines ita ex delatione juraverint: *Si falsum juro, statim moriar, sepulturâq; indignus efficiar.* Quod è vestigio ita contigit. Alia quidem judicii divini exempla maximè notabilia adducit. Ebert. *d. tr. circ. fin.* Qvum igitur tanta sit hominum malitia, ut fide jurata coerceri nequeat, quid mirum, si literis s. tabulis etiam obsignatis vix aliquis hodiè absq; datis idoneis fidejussoribus, pignoribus, vel hypothecâ constitutâ credere velit, juxta verissimam Gall. sententiam.

Qui

Qui croit sans pleige, ou bien sans gage,
Il n' est pas encor asser sage.

Olim istis fateor, sua reverentia constabat, (quamvis nec Oriens nec Ægyptus signaret, solis contenta literis. *ex Plin. Connan. L. IX. Comm. c. II.* nec prisci forte Germani, tùm quod inter eos alios; populos non tàm crebra erant commercia, tùm quod summum dedecus morteq; piandum existimarent, fidem semel datam frangere, aut dicta promissave non accuratè servare, ad confirmanda pacta conventa annulos signatorios usurpaverint) at nunc halten Aneker und Taw nicht: cur ergo infirma papyrus? magis enim de nostro verum est, quod de suo seculo Comicus affirmavit:

Heus tu inquit, *nostra ætas non multum fidei gerit,*
Tabulæ notantur: adsunt testes duodecim:
Tempus locumq; scribit Actuarius:
Tamen invenitur Rhetor, qui factum neget.

Renun-

Renunciatur quidem solennissimè exceptionibus doli mali, simulationis s. simulati contractus, rei non sic sed aliter gestæ &c. id quod præter *Aut. h.* practica docet, experientia confirmat, & pleni Advocatorum libri: at ubi hæc peracta sunt omnia, quid erunt ista præter vocabula artis? præter cautiones formularum, præter literas figuras & voces? nisi prædictis pignoribus firmentur. Quod si tandem morosus debitor sententiâ judiciali, vel aliô quodam fidei vinculô, ad præstanda promissa constringatur, ad secundas iterum fraudes descendit, quibus persona seu res ipsius à prædicto vinculo liberentur, vel etiam sententiæ exeqvutio post tot quæsitas ambages & molestias litis creditori creatas, impediatur. Sic profecto orbis, ut facetus quidam autor scripsit, *refer. Baud. L. 2. d. induc. bell. Belg.* histrioniam veluti exercet, & in ultima illa incidimus secula, de quibus gentium Doctor *in Ep. post. ad Tim. c. III.* Nusquam verò magis scenæ & populo servitur, quàm in actionibus magnatum,

ubi

ubi quò plus pompæ & ostentationis apparet, eò minus solidæ veritatis subest. Speciosa verbis, re inania, quantò majore libertatis imagine teguntur, tantò eruptura in infensius servitium. Magnificæ in literis pollicitationes, *scripsit alius*, nunquam efficient, quin pateat regressus ad pœnitentiam, ac restitutio in integrum quæratur, si non beneficio Prætoris aut rescripto Cæsaris, tamen eâ lege, quæ apud potentiores Sacrosancta habetur, *ut in* summa fortuna id æquius melius censeatur, quod validius & specie rationis approbatur cit. D. Mev. *d. Amnest. p. 99.* Quare illos, qui in publicarum rerum administratione versantur, exactissimo studio & scrupulosa cura examinare decet, utrum, cum quibus induciis pace aut fœdere junguntur, hoc seriò velint, an temporum iniquitati cedentes simulata ineant pacta; quo veris amicis securè uti possint, fucatos verò recentibus subinde necessitatum vinculis impeditos teneant. *Polyb. III. Hist.* In quem finem idonea cautio *ut quidem Forstnero videtur*

videtur in Not. ad Tac. II. A. c. 64. n. 4. est, ut à parte suspecta munitæ urbes, aut arces aliquot velut pignora in alterius partis, vel si hoc minus tutum videatur, in tertii cujusdam veluti sequestris manus consignentur ad tempus. Quomodo literis ac sigillis fraus variè, præsertim contra hostem in bello exerceatur, ostendit Id. Forstner. *not. ad Tac. XVI. A. 17. verb. assimilatis literis.* cui add. Chokier. *Thes. Pol. L. II. c. 9. in not. p. 86.* ubi illos etiam Principes notat, qui quo minus operæ curæq; sumant, sigillum suum & signaturas in albis cum Wenceslao *ap. Höping. d. Sigill. c. VI. n. III.* temerè ministris concredunt. Et hæc sophismata quotiescunq; justa est belli causa, etiam juste usurpari quis dubitet? v. D. Ziegler. *in Grot. III. d. J. B. I. §. 17.* ad. D. Mev. *Diss. VII. ex I. A. Tac. n. 153.* quidvis agendo hostica delenda vis; & turpe est nihil quod inimico detrimentum afferat. Quod tamen *v.* restrictum in notat. ad *peric. IX.* Igitur olim judicio publico tanquam falsarii accusati, qui pro salute patriæ

patriæ ad eludendum hostem aliorum Principum sigilla effinxerant, penitus absoluti fuêre. Quod de duobus Baronibus *Taubero* & *Crusio* testatur Sal. Henning *Chron. Livon. ad a. 1582.* citatus ab Hoping. *d. tr. c. XIV. concl. 1. n. 28.* De Pharnabazo Justinus *in vit. Lysandri* refert, quod dum commendatitias ad Ephoros scriptas pro Lysandro, & ab eodem lectas obsignaret, alias pari magnitudine, quibus Lysandri avaritia & perfidia accusabantur, easq; signatas subjecerit; quo commento Lysander deceptus domumq; reversus sui ipsius delator ap. maximum Magistratum extitit. Qua in re nihil à parte Sincerandorum diffidentia tutius esse Forstnerus *l. c.* tradit. Eadem quoq; diffidentia & cautione opus, ne temerè aut facilè credas literis, vel sub gratiæ oblatione conceptis & subsignatis ab isto Principe quem læseris. Quod vel maximè in delictis, quæ in Principis Majestatem peccant, verum est. Ita Leo X. Pontifex Alfonsum Petruccium Cardinalem, qui insidias vitæ Pontificis

ficis ſtruxerat, non attentâ ſecuritate quam ſanctè dederat, & qua fretus Cardinalis iſte Romam acceſſerat, poſt remiſſam inſidiarum culpam & vindictæ jam ſecurum carcerari, atq; noctu ſtrangulari juſſit. Exprobranti fidemq; requirenti Regis Hiſpaniæ Oratori reſpondit: nullam fidem, quamvis amplisſimam, & *munitam, clauſulis fortibus & ſpecialibus*, porrigi ad ſecuritatem delicti contra vitam Pontificis commiſſi. Guicc. *L. XIII. Hiſt.* Nimirum cum nihil turpius ſit & magis deteſtandum, quàm patriæ ſolum teri ſceleſtis veſtigiis illius, qui ſcelus anhelans, peſtem ejus meditatus eſt; minore utiq; flagitiô putant ſe Principes negligere promiſſorum fidem, quam juſtitiam depoſcentem in victimam tale devotum caput. D. Forſtner. *in Tac. III. A. 24. n. 8.* Nec (2.) cujus ingenium eſt ſuſpectum, & perfidia magis quàm fides inclaruit. De quo idem jure prædicare liceat, quod Polybius *L. III.* de Græcorum fide proditum reliquit, cum ſcripſerit, Græcis ſi vel centum

nummos

nummos aureos mutuo acciperent, actuariis publicis decem, sigillis viginti opus fuisse, neq; tamen propterea eos fidem colere potuisse. Tunc enim vestigia meritò terreant. Cum ad Antonium Caracallam, tanquam Amicum, Angarus Rex Osrænorum venisset, fidem ei fregit, comprehensumq; conjecit in vincula & Osrænem Rege destitutam cæpit: itemq; Regem Armeniorum, qui cum filiis suis dissentiebat, ad se vocavit amicè per literas, tanquam in concordiam redacturus: iisq; fidem hominis, quæ nulla erat, secutis, eodem modo usus est, quo Angaro: quanquam Armenii arma capere, quàm ad ipsum deficere maluerunt. Quod cum esset factum, *nemo ei fidebat amplius.* Xiphil. *in caracall.* Præmissa futuris dant exempla fidem, *canit* Claudian. *L. IV. Hon.* & fidei irreparabile damnum est, quam qui semel decoxit, nullo labore recipiet. D. Mev. *Disc. VI. ex II. A. Tac. th. 135.* (3.) Nihilo certior fiducia de Romanensibus Pontificiis eorumq; Reversalibus præsertim iis quibus

autq-

autonomiam ut vocant, ſ. libertatem religionis, die Gewiſſen-Freyheit permittunt, ob propudioſum illud dogma præceptis & famoſa, Concilii Conſtantienſis ſanctione etiam comprobatum, *Hæreticis* i. e. qui fidem Romano-Catholicam non ſeqvuntur, *fidem non eſſe ſervandam.* de quo *ſ. ad peric. VII. latius.* Plurimorum ſiquidem ruinis ſervitute & ſanguine compertum vera ſcripſiſſe Molinæum, qui *in tr. contr. parvas datas ad SC. Franc. n. 73.* minus tuto cum Papa (imò perinde eſt cum his qui Papæ mentem ſecum gerunt) quàm cum Turcâ fœdus iniri, & juramentorum ap. Pontificios propter faciles abolitiones, inane nomen eſſe cenſet. D. Mev. *d. Amneſt. p. 49. ubi paucis interjectis ſic concludit.* Qui apud illos hæreticorum loco ſe reputari ſciunt, ſciant etiam ſe extra fidei regulas ſepoſitos, nihilq; præter relligioſam, ſi Diis placet, fraudem exſpectandam eſſe. At tamen *Molanus, Robertus Schwertius* & alii ex modernis Catholicis, peculiaribus tractatibus editis, *Fi-*

dem hæreticis datam omnino servandam esse profitentur, neq; aliter Romanam docere aut tradere Ecclesiam. Sed hoc verbis quidem adfirmant, reipsa verò destruunt, dum Principes fide data non obstringi autumant, & quicquid in præjudicium Pontificiæ Religionis vergit, nullum & invalidũ dictitant. Dan. Planc. *in Elench. s. adverſ. Jeſuit. Antvverpian.* In pactis igitur & confœderationibus cautè & prudenter agendum erit cum Pontificiis, pro ratione causarum & circumstantiarum, quas prudens Politicus facilè animadvertet. D. Carpzov. *d. L. Reg. Germ. c. VI. Sect. 4.* (4) Istis etiam Reversalibus, quas necessitas extorsit, fides non improvidè habenda. Idq; tum veteris tùm recentioris memoriæ suadent exempla. *vid.* quæ Forstner9 congessit *Not. Pol. in Tac. d. l.* quibus abusus est N. Machiavell. ad eam sententiam quæ per vim bellicam coactis, permisit sine dedecore conventa non servare, sicq; Juri gentium convenire. Quam ipse D. Forstnerus & cum illo Christiani Politici plures improbant,

bant, nunquam tamen non cavent, ut quæ alios ad promittendum urget neceſſitas, ea ad ſervandum remaneat. Id quod præſtantiſſimum voluntatis ad conſtantiam alligandæ remedium vocat D. Mev. *in ſæpies laud. Diſſ. d. Amneſt. p. m. 48.* Addimus (5.) literas ſtylo curiæ non conformes, & ob id meritò ſuſpectas. Hoc pacto falſi arguebantur literæ, quæ ſuperiori ſeculo circumferebantur, fœderis quorundam Catholicorum adverſus Lutheranos Principes, inprimis D. Saxoniæ Electorem Joan. Fridericum & Philippum Landgravium Haſſiæ. Quam rem fuſius commemorat *D. Strauchius*, in Diſſertatione *de Conſtitutionibus Principum, n. LI.* Qui Diſcurſus cùm in paucorum manibus verſetur, verba famigeratiſſimi iſtius JCti, etſi longiuscula huc tranſcribere non ingratum erit. Index *inquit* crediti hujus fœderis Landgravio erat Otto quidam Paccius, Vir Equeſtri dignitate, JCtus, & Georgii Ducis Saxoniæ Procancellarius, qui menſes aliquot apud Landgravium egerat, ob controver-

siam aliquam quam cum Comite Nassovienſi habebat. Hic Paccius fidei faciendæ cauſa proferebat exemplum conjurationis, quod affirmabat ſe Lipſiæ vidiſſe, præſentibus ibi Duce Georgio Saxone, & Henrico Brunovicenſi, caſu ſibi traditum à Piſtorio, Saxonis Cancellario. Oſtendebat vanitatem commentitiæ hujus formulæ inclutus Saxoniæ Dux Georgius, ex ſtyli difformitate. Et primò ex titulo Regis Ferdinandi ſolœco, qui tùm temporis cum formula hæc concepta jactaretur, non ſe ſolùm Regem Bohemiæ, ſed Hungariæ etiam profitens, in iſtoc carmine non niſi Bohemiæ Rex ſalutabatur. Deinde hæc altera contra ſtylum ſacrorum ſcriniorum erat ſtribligo; Ferdinandus Anteceſſores, Hungariæ & Bohemiæ Reges, non appellabat titulo quo Principes ſolent, Hochgeborne/ ſed Durchläuchtige / Regemq; Ludovicum fratris nomine compellabat. At hoc commentum ita ſonabat: Nachdem durch Abſterben des Hochgebornen Fürſten / Herrn Ludwig/ weyland Königs zu Ungarn und Böhme.

Porrò

Porrò & hoc dissonabat, quod ultra hæc, unsers freundlichen lieben Schwagers / Herren / Freunds / adderet formulæ, und gnädigen Herrn / quomodo Principes Imperii Regem Bohemiæ minimè adfantur. Porrò in verbis næniæ : Auff den ersten Befehl / den uns Käyserl. Mayst. unser allergnädigster lieber Herr / Bruder / und gnädiger Herr / ordo, quem scrinia Principum sanctè custodiunt, perversus est. Nam pro dignitate personarum, quæ in scenam ibi producuntur, genuino stylo ita scribi debuisset: unser lieber Herr Bruder / gnädiger und. allergnädigster Herr. Jam & Principes Saxoniæ Illustrissimi Thuringiam in scribendo Misniæ præponunt, quod ibi aliquoties inversum erat. Ita enim fabula: In seinen Meißnischen und Thüringischen Landen. Sed & quod sextum faciebat solœcismum, tantum sibi non tribuit Bohemiæ Rex, ut Principem Saxoniæ suum Principem nominet, ut faciebat formula supposititia in verbis: was wir gewinnen an Schlössern / Städten Flecken und Dörffern / &c. &c. das

wollen wir alles und jegliches unserm freundlichen lieben Fürsten Oheim / Schwager und Schweher / Hertzog Georgen zu Sachsen &c. zustellen. Accedebat septimò quod Storkau und Beskau / non Ducatus sed Dynastiæ essent: nihilominus formula spuria: ausserhalb der zweyen Fürstenthumen Storkau und Berkau. Neq; octavò hæ dynastiæ ad Electorem Saxoniæ tum temporis spectabant. Erant enim Domini de Biberstein, & aliquando Electori Ernesto, Duciq; Alberto, Fratribus Saxoniæ pignori oppositæ, sed jam *A. 1510.* repignoratæ, teste Albino in der Meißnischen Land Chronik. *tit. 15. p. m. 206.* Habetur ementita hæc conjurationis formula ap. Hortled. von Ursach des T. K. *Lib. 2. c. 1. fol. 770. n. 6.* Et ejus examen *ibid. c. 9. fol. 800.* Ad ejuscemodi νοθείαν deprehendendam & dignoscendam nihil æquè atq; *Critices* studium facit, judicio Viri divinarum humanarumq; rerum scientissimi, Juris publici privatiq; rerumq; Imperialiũ Consultissimi, ad hunc locum, Dn. Hordlederi. (fol. 805. edit. Gothan

Gothan.) *Adparet* inquit, *hinc per magnum esse artis ejus usum. Non in umbra modo & Latina lingua, aliisq; : sed in luce etiam atq; acie negotiorum civilium, & lingua Germanica.* Hactenus *D. Strauchius. l. c.* Deniq; nec transeundus est singularis iste per *contraria Rescripta* decipiendi modus. Juris esse ajunt, ut posteriora derogent prioribus *l. 26. D. d. ll. l. ult. D. d. constit. Princ. l. si quis eum 16. pr. D. d. vulg. & pup. substit.* & ex consequenti de mente alterius præsumatur. Et ne his color desit, Rescriptum per falsam narrationem sub- & obreptionem emanasse clamant. *l. 2. l. 5. C. Si contr. jus vel util. l. 7. d. diverf. Rescr.* Ita delegatis Stralsundensium in publica causa ap. Cæsarem de hostili Wallenstenii oppugnatione quærentibus, illos optimam causam fovere Rescripto testatum fecit Imperator: quibus tamen Wallenstein, alias literas opposuit tempore posteriores ut obsidionem urgeret, nec desisteret. vid. *Act. Stralsund. p. 203. 204.* De cætero secund. Senecam *in Agamemn.*

Non intrat unquã Regium limen fides. Quò enim potentiores sunt Principes eò major insidiis & improbitati locus: quippe sponte sua illi eo propendent, ut quodlibet licere sibi putent, (*v. Princ. Pat. n. XXIV.*) & qui sunt circum ipsos, quoniam aucupandæ modo gratiæ sunt intenti planè serviunt illorum cupiditatibus; & si quis ad meliorem frugem aliquando hortetur, magnas tempestates excitant. Comin. *d. reb. gest. Ludov. XI. L. III. p. m. 271.* Omnibus ergo dictum Prophetæ: *Nemo credat amico suo, nec confidat Principi.* Mich. *VII. 5.* At ipsis Principibus sanctissimum Patavini Scriptoris effatum obversetur: *famæ ac fidei damna majora esse, quàm quæ æstimari possint L. III. 72. 4.* cujus vid. exegesin aliquam ap. Berneg. *qu. CLXXXIII.*

Pericope XIII.

Aliquando accidit, ut Sincerationes per administros homines Politicos, quales domi sunt Consiliarii, foris Legati, expediantur. Politicos non dicimus eos qui omnium horarum amici sunt. Plaut.

in

in Pseud. qui aliud sedentes, aliud ambulantes dicunt; sed qui Reip. munia cum laude obire possunt, quod certè perdito hoc rerum statu vix assequentur, nisi Reip. dolos, & simulacra, quibus alios demetare possint, notos habeant. Vir enim bonus & sapiens non semper it uno gradu, sed una via, nec se in aliquibus mutat, sed etiam aptat *juxt. Seneç:* Arte & flexu opus est, sæpè & obliqua via eundum quo non licet recta. Lipſ. *III. Pol. 5. n. 4.* In primis Legati cauti & providi esse debent, utpote exteris immixti & periculis objecti. Kirch. *d. Legat. L. I. c. 4. n. 17.* Quo fine etiam ipsos Legatos Principes inescare solent, eosq; per quos alios cogitant fallere, fallunt. Lipſ. *IV. Pol. 14. n. 30.* & debere, tradit Guicciard *in hypom. pol. 1.* Majore enim animi conatu negotium sibi commissum exequentur, si serio hoc à Principe agi, existimaverint. Casp. Ens *in Nucl. Hist. Pol. p. 30.* Besold. *Disc. d. Legat. c. 4. n. 6.*

Annot.

Annot.

Expediuntur Sincerationes etiam per administros *domi* quidem per Consiliarios, qui adhibentur in consilium & magisterium *ut loqui amat* D. Bœcler. *in Not. ad Tac. I. A. 6.* arcanarum rerum artiumq; dominationis, & quibus secretissima innituntur. Tac. *III. A. 30.* Nec enim consilia tantum suppeditant, sed & exeqvuntur. Idem particeps Secretorum, idem actor habetur; ne quemadmodum pluvia tectis excepta & ex una in aliam tegulam imbricemq; devoluta, in publicas vias demum spargitur: ita pluribus in conscientiam clàm adhibitis, quod secretum singulis erat, populo rumor existat. Strad. *d. Bell. Belg. dec. 1. L. 1. p. m. 26.* at *foris* per Legatos Gall. *Ambassadeurs* ab ambascia, quia non sine molestia, tædio, laboribus Legationis munus obitur; quos oculos & aures Regnorum vocat Guicciard. *L. V. Hist.* Quanquam enim variis ex causis emittuntur, inter eas tamen non minima est, ut sub specie alieni mandati regionum

vires

vires & arcana cum Polycleto, Tac. *XIV. A. 39.* explorent, illumve ad quem mittuntur securum faciant, dum ipsi necessariis rebus instructi, bellum vel aliud formidabile eo melius in effectum deducere possint. Nullus siquidem, quantumvis providus & fidus explorator, facultatem habere potest tàm multa cognoscendi, quàm ejusmodi Legati, qui cum sunt unus & alter, aut etiam plures, fieri non potest, quin aliquid odorentur. Nam qui sunt prudentiores Principes, id operam dant, ut etiam apud adversarios habeant quosdam à se non alienos. Comin. *L. IV. com. d. reb. gest. Ludov. XI. v. præc. peric. XI. ibiq; not.* Idemq; affirmat *Aut. Minist. Card. Richel.* cujus sub rubr. *qu il est important d' envoyer dez Ambassadeurz prez des Princez ausquelz on veut faire la guerre pour descouvrir leurs desseins, et comment ilz le peuvent faire.* Verba sequentia leguntur; *or entre les personnes dont on se peut servir sur ce sujet, il n' y en a point de plus à propos, que les Ambassadeurs, parce qu' ayanz*

la liberté de parler a l'ennemy mesme, a ſes Miniſtrez & aux Grandes de ſon Eſtat, ils pourront des couvrir beaucoup de choſes que d'autrez de petite condition, qui n'auroient entrée que chez eux de leur eſpece. cit. D. Schuh *Reflect. Pol. c. V. n. 20.* Nec miſſis tantùm Legatis, ſed ad ſe miſſis detentis adverſarium ludificant. Nonnunquam etiam dimittuntur hoſtium Oratores, non alio cum reſponſo, quàm ſecuturos mox relaturos reſponſionem : ii autem deinde aut plane non mittuntur, aut non, niſi compoſitis neceſſariis rebus tarde nimis, expediuntur. D. Forſtn. *Not. ad Tac. IV. A. 47. 1.* Themiſtoclis actus ſingularis. Poſt fugam Xerxis è Græcia Athenienſes muros reſtaurare voluerunt. Id cum Lacedæmonii miſſis Legatis impedire conarentur, Athenienſes dimittunt Legatos cum reſponſo, conſilio Themiſtoclis, è veſtigio ſecuturos ſuos Oratores, qui cauſam ſuam ſociis probaturi ſint. Abit Themiſtocles & ſocios manere jubet, cum interim muri ad

eam

eam altitudinem extruerentur, quæ hostium impetum repellere posset. Peracto itinere non statim Magistratus accedit, sed initio causas pro arbitrio fingit, tandem socios se expectare dicit, miraturq; nondum adesse. Cum & illi advenissent ac Lacedæmonii interim nunciis comperissent surgere muros contra nunciationem, Themistocles hortatur ne vanis rumoribus fidem haberent, mitterent homines ex suis, qui comperta cum fide referrent. Mittunt Legatos, sed revera pro Themistocle obsides, qui tamdiu retinebantur, donec ille rediisset. Thucyd. *I. Hist.* Justin. *L. II.* Sic sæpè caligantes oculi invitatrice larva stolidè capiuntur, dum ipsis ita sese offert, ut si sit viva Veneris effigies. Paschal. *Legat. c. 63. f.* Sed cum ejusmodi Legati admitti quidem, mox verò iterum & multo quàm veniissent, incertiores interdum remitti soleant, quorum alterum humanitati ac modestiæ, alterum prudentiæ tribuendum: Legati assidui, s. ut hodie vocantur, *Residentes* non ex I. Gen-

tium sed ex pacto, cum jure Legationis fieri nequeat, ut quis diu in alterius Regno aut ditione resideat. *l. 4. C. d. commerc.* vid. *th. 62. Diss. d. Legat. sub D. Conring. hab. Helmstadi, A. 1666.* maximè ad id accommodi ut provinciæ in qua resident artes, arcanaq; dominationis s. status expiscentur, Dominumq; suum de damno infecto præmoneant. Facilius illi quàm cæteri, quia loco non egrediuntur, amicitiam firmam cum popularibus contrahunt, & si fortè dissidium aliquod inter Dominos oriatur, qui, dum dissitas incolunt provincias, plerumq; siniſtre de instituto mutuo sentiunt, *Hist. Minist. Card. Richel. L. VI. c. 32. in observ.* non parùm ad moderandos animos & mansuetudini mancipandos conferunt. Ne specialiores ipsorum artes in præsens attingam. Solent tamen & hi ingruente bello domum remitti, ne perpetuum in ædibus nostris hostem alamus. Sirquæras an ejusmodi Legati qui Sincerationibus instructi in aulam veniunt, sancti & inviolabiles sint? deciso ex natura Sincerationis

rationum patet, quas optimo fine diximus niti. Si ergo Princeps à vicino vel alio hostiles impetus metuat, rectè faciet si Legatum eò miserit ad Regem flectendum, vel causam cognoscendam. Ipseq; Legatus si excipientis adversus Dominum pernicioſa attentata deprehenderit, quavis illum occasione decipiat, insidiasq; ejus animosè juxtim ac cautè eludat. Plus est consiliis rem gerere, & arma procul habere. Hostis hic, cur ergo machinari non liceret *arg. l. 11. §. 3. D. d. dol. mal.* Salus Reip., cur ergo non subvenire. Et mandatum æqvum hoc est quod Legatus suscipere non recusare potest. *l. 4. §. 5. D. d.* Ceterum si ex turpi causa, videl. ad alterum subvertendum, vel concitandæ multitudinis ergo missus deprehendatur, Legatorum jure minimè gaudet, ne injuriæ inde oriantur unde jura oriri debent *l. 6. C. und. vi* neve ex dolo suo lucretur *l. 12. D. d. dol. mal.* quin si id prævideatur, denunciari poterit ne mittatur, alias hostis loco futurum. Vel si nihilominus de perfidia suspecti (ne sc. in-

huma-

manitatis alicujus Princeps ad quem, præsertim ab exteris & causæ ignaris, insimulari queat) admittuntur, honoris specie fidissimi homines adjungi debent, in quorum conspectu nihil seditiosi possint moliri. In eum finem Romani non tantum causas admissionis prius, quàm Senatum darent, investigabant, sed & extra urbem Legatos in villam publicam deducebāt h. e. præter munera per Quæstores data, offerebant quamlibet necessariam supellectilem & liberum commeatum. Facius *Polit. Liv. p. 1. art. 29.* add. Zevecot. *in Flor. L. 2. c. 6. p. m. 337.* Etiam hodie, qui copias omnium opinione minores habent, Legatos extra castra admittere solent, exemplo Ezechiæ Legatum Senacheribi Hierosolyma excludentis. *II. Reg. 18.* Magnæ siquidem in bello prudentiæ habetur, si inopiam atq; infirmitatem tuam benè celare queas. Freinshem. *in Curt. L. III. 1. 7.* Non semper autem Consiliariorum & Legatorum, sed aliorum hominum Politicorum interdum opera circa Sincerationes eligitur.

tur. Politicos nominant, hem seculum! illos, qui in quasvis formas se ut Polypi vertere possunt, quiq; ut homines decipiant, vultum mutant sæpissimè, similes Vertumno, Protheo, Chameleonti, Pandiæ gemmæ, & versatilem animum omnibus negotiis seriis & ludicris, adplicare valent, Die in alle Sättel gerecht sind / und den Mantel nach dem Winde hencken/ qui huic uni norunt studio se dedere & arti, verba dare cautè ut possint, pugnare dolosè, blanditiis certare, bonum simulare, nocendi insidias struere, totiq; ex fraudib9 & malitiis consuti sunt. De Salustio Tacitus *III. A. 30. suberat ei vigor animi ingentibus negotiis par, eò acrior quò somnum & inertiam magis ostentabat.* Id. de Sejano *IV. A. 1. sui obtegens, in alios criminator, juxta adulatio & superbia, palam compositus pudor, intus summa adipiscendi libido, ejusq; causa modo largitio & luxus, sæpius industria ac vigilantia, haut minus noxiæ, quoties parando regno firmantur.* De Muciano item. *1. H. 10. malis bonisq; artibus*

tibus mixtus, nimiæ voluptatis, cùm vacaret, quoties expedierat, magnæ virtutes, palam laudares, secreta male audiebant. Gramondi Historiæ Gallicanæ L. V. *p. 313.* ista sunt: *Hæc sectarii, hæc Catholici, quos à contemptu Religionis dixêre* Politicos. Et iterum pag 322. *Ast ut* Politica gens, *sectarii ne primi bellum denunciasse videantur, dissimulandæ contumaciæ nova Regi delegatione illudunt.* Eodem libro pag. 289. *Imminere casum hæsitanti, nec fidem datam, nec religionem spectandam iis momentis, quæ saluti decretoria sunt. Hæc* Politici, *pessimum genus hominum, quibus plerumq; DEUS & religio pro nihilo sunt.* Equidem dolos illos non probo, quomodo enim ex scelere Politicus, qui perficiendæ Reip. artifex est, videlicet, quomodo institui & gubernari ad salutem Civium debeat; Ita tamen cum sagacitate & solertiâ instructum volo, ut quæ ab aliis insidiæ Reip. parantur tq. è specula quadam prospicere, oportunoq; tempore remedia afferre possit Jam verò quis Sincerationes à Politico

litico tollet, quis non potius ut habili subjecto dabit, cùm remedium status Peric. l. dicantur. Sed sc. ut cùm Forstnero loquar, exterorum hæc sunt, nihil ad Germanorum Remp. spectantia. Nobis A. Bullam Caroli IV. interpretari, docere & discere, satis est. Quasi vero non iidem qui hæc dicunt, imminui jura & privilegia, pessundari A. Bullæ sanctiones, Hispanos Orbis imperium affectare, peregrinis artibus nobiscum agi, conquerantur. Eccur igitur, quibus sophismatis subvertantur leges, auferanturq, immunitates, quibus artibus Hispani ad Catholicum regnum grassentur, quæ deniq; externæ technæ sint, quibus petimur, discere nolunt? Diogenem in dolio diceres, qui ibi inclusus, quid reliqvus orbis ageret, non curabat. *Not. in Tac. IV. A. 33. n. 2.* Medici morbos & eorum remedia, Ethici virtutes & defectus sciunt, Jurisprudentia justi & injusti scientia est. *l. 10. §. 2. D. d. J. & J.* (non ut exerceas, sed ut scias quomodo luxuriantibus malis obicem ponere possis.) Ita Politicus Publicæ Juris-

risprud. Studiosus, intelliget nocitura & avertet.

Pericopa. XIV.

Restat ventilanda quæstio: An licitæ hæ Sinceraciones, conformesq; Justitiæ? Negant quidam ideo, quod turpe sit veritatem celare, & captiunculis obtegere. Fidem præferunt, ajunt, ut quàmmaximè fallant. Fraus in parvis fidem sibi præstruit, ut cum operæ pretium sit, cum mercede magna fallat. Liv. *XXVIII.* Qua ipsa nota haud vanè eos noscas, nam insitum homini quantò magis falsa sunt, quæ fiunt, tantò plura facere. Tac. *I.H.45.* Lipſ. *IV. Pol.10. n.28.* Qui affirm. dicunt arcana Politica esse licita, nec dolum bonum improbari. Clapm. *L. I. c.2. l.1. §.3. d. dol.* esse nihil aliud quàm solertiam & calliditatem propriæ vitæ tuendæ, vel alienæ gratia, vel publicè pro patria & religione adhibitam simulationem *c. mihi aut 12. c. utilem 21. c. quæritur 22. caus. 22. q. 2.* Celſ. Bargal. *tr. d. dol. bon. L. 1. c.3. n.5.* Et sicut defensio licita contra vim imminentem vel illatam *l.3.d.J. & J. l.3.*

l. 3. C. ad L. Corn. d. sicar. l. 3. §. 9. D. d. vi & vi arm. Ita & hi doli. Ad defensionem enim id fieri patet, quod hisce arcanis Viri πολιτικοὶ factiosis hominibus imponunt, & tranquillitatem Reip. ab injuriis vindicant, ut iis delinementis ineſcati ab imperii cupiditate ſponte deſiſtant, quod aliàs vi aut metu pœnarum facturi non erant. Nimirum eſt hoc duplex officium prudentiæ Civilis, Cives non ſolùm vi ac metu pœnarum, ſed etiam aſtu, præmiorum exhortatione & perſuaſiunculis in officio continere. Gryph. *d. arc. Pol. th. 21.* Habent quoq; reliquæ diſciplinæ & artes ſua κρύφια & commenta. Imprimis JCti habent ſua arcana, quæ Pomponius & Ulpianus remedia vocat *l. 1. d. jurej.* Herennius εὑρήματα ſ. Eurematica, de quibus Librum ſingularem ſcribſit *l. 58. ſolut. matrim. ibiq; Gothof.* Cujac. *XII. obſ. 32.* Calvin. *in Lex. v. Eurem.* Practici cautelas, quæ ſunt callidæ quædam rationes, ſive ſubtilia JCtorum inventa, ut Brederod. *in Epiſt. dedic. Tom. 1. cautel. præfix.* expli-

explicat, ad victoriam causæ obtinendam. Sunt hæc judiciorum secreta sec. Ulpian. *in l. 1. §. 38. D. depos. l. 41. ad L. Aquil.* in quibus nervus f. ut Imperator loquitur, ambigua fata causarum. *l. 14. C. d. adv. div. jud.* consistunt, quibus neglectis, causa ipsa facilè amittitur. In quem usum etiam fictiones inventæ, juris civilis commenta, ad usum vitæ communis contra naturam ac rei veritatem accommodatæ. Wesenb. *panat. d. prob. n. 16. in fin.* ad. Forst. *II. obs. 25.* Ita Medici absinthia tetra dantes, labrorum tenus circa oras pocula contingunt melli dulciq; liquore. Dialectici sua habent σοφίσματα & elenchos. Rhetores suos colores, fucos & tropos. Clapm. *1. arc. pol. 2.* Duces militares commenta belli. Liv. *L. IV.* vel furta militaria. Thuc. *L. V.* In contractibus & mercatura quoq; dolus quidam bonus admittitur. *l. 16. §. 4. d. minor. l. 22. §. 3. locat.* quod Jctus naturaliter licitum esse dicit *d. l. 16. §. 4. d. minor.* i. e. ut Justin. Nov 97. c. 6. explicat ἐμπεφυκῶς Cujac. & Joach. Steph. *in Expos. Nov.*

Nov. 97. siquidem omni spe quæstus sublatâ, omnis mercatus langueret *teste Sen.* & hic est animus contrahentium, ut Mimus dicebat, quod velint vili emere caro vendere. Cujac. *d. l.* Cur non igitur & Politico dolos, simulationes & Sincerationes licitas esse volumus. Quid in hoc sententiarum divergio dicendum? Certè, qui volet ingenio cedere rarus erit. Forsin *Not. Pol. in Tac. IV. A. 47. n. 1.* dicit esse facti quæstionem, & principalem causam trahere hanc veluti consequentem. Ego puto ut Sinc. boni nomen mereant, seqq. requisita esse necessaria. (1.) Ut honestæ sint. Est enim vox Sincerationis uti dolus *l. 1. §. 2. d. dol.* venenum *l. 3. §. 2. ad L. Corn. ad sicar.* persuadere *l. 1. §. 3. d. servo corrupto.* consilium *l. 1. eod. l. 47. d. R. I.* vocabulum μέσον quod in utramq; partem accipi potest. *arg. l. 3. d. reb. dub.* (2.) Ad salutem Reip. directæ, & necessitate urgente, adhibitæ: alias enim sunt odiosæ. Media enim illa nihil proficiunt ad Reip. gubernationem, nisi bona fide & summa urgen-

urgente neceſſitate adhibeantur. Bonum enim publicum, quod inſitum iis malitiæ virus facilè exſugit & abſorbet. Eſt enim neceſſitas magnum imbecillitatis humanæ patrocinium Senec. *declam. L. IX.* ideoq; in rebus adverſis Princeps non ſpecioſa dictu, ſed uſu neceſſaria ſequitur. Curt *L. V. c. 8.* Lipſ. *IV. Pol. 14. n. 56.* Faceſſant illi Pſeudopolitici Machiavelli aſſeclæ, qui Principum animis inſtillant, aliis quidem qua honeſtum eſt, Principi qua expediat, eundum eſſe. (3.) Salva fide & juramento: quæ ſepimenta Clapm. *IV. arcan. pol. 4.* Forſtn. *in Tac. l. c.* ponunt, ne inde injuriarum naſcatur occaſio unde jura oriri debent. *l. 6. C. und. vi.* Nefandum dogma Machiavelli *in Pr. c. 8. & comm. L. 2. c. 18.* ubi nec eos limites obſervandos docet: quem Antimachiavellus *L. 3. c. 18.* diluit. Nec obſtat quod triſtes effectus Sincer. ſequi ſoleant. Defendit eas publicum bonum, propter quod privatorum utilitatem aliquando ll. negligunt. *l. un. §. 14. C. d. cad. toll. l. 3. C. d. primip.* Habet aliquid

quid ex iniquo omne magnum exemplũ, quod contra singulos utilitate publica rependitur. Tac. *XIV. A. 44.* Quid de Jure Divino dicendum an hoc tales simulat, approbet, declarant Pet. Ærod. *ver. jud. L. 3.* Lipſ. *IV. Pol. 14. n. 33.* Grot. *d. J. B. III. 1.* Colophonem addat Quæſtio; An in dubio Impp. Sincerationibus vel dolo malo egiſſe videantur? quod ex ſubjecta materia, effectu adjunctis, qualitate perſonæ cum Celſ. Barg. *tr. d. dol. L. 1. c. 9.* dijudicandum cenſeo.

Annot.

Quæſtioni huic *præjudiciali* [liceat enim mihi voce forenſi uti] ob non levia, ab utraque parte rationum momenta quæ judicium ferè dubium reddunt, Vir potius in aulis Principum ab uſu & arte edoctus, quàm tyro aliquis in Politicis ſufficiet. Autor noſter tentat vadum, eamque pro ſingulari ſuo judicio, ſat dextrè reſolvit. Nam κειτήρια ſ. requiſita ab ipſo notata ſi adfuerint, parùm ſanè vel nihil argumenta contra Sincerat. adducta proficient. Atque

ex illis quænam Sincerationes turpes sint, constare potest, cum contrariorum eadem sit doctrina. *arg. l. 1. D. d. tutel.* Primo loco A. *Honestatem* ponit, non tamen absq; moderamine Prudentiæ intellectam, quæ in genere naturam rei examinare docebit, ejusq; speciales casus ad Remp. per consultationis modos dirigere, adhibendo serpentinam prudentiam columbinæ simplicitati. Matth. X. v. 16. Præclarè Cicero *Lib. II. d. Invent. 84. Summa necessitudo videtur esse honestatis, huic proxima incolumitatis, tertia ac levissima commoditatis, quæ cum his nunquam poterit duabus contendere. Hasce autem inter se sæpe necesse est comparari, ut quanquam præstat honestas incolumitati, tamen utri potissimum consulendum sit, deliberetur. Cujus rei certum quiddam præscriptum videtur in perpetuum dari posse: nam qua in re fieri poterit, ut cùm incolumitati consuluerimus, quod sit in præsentia de honestate delibatum, virtute aliquando & industria recuperetur, incolumitatis ratio videbitur habenda, cùm*

cùm autem id non poterit, honestatis. Ita in hujusmodi quoq; re cùm incolumitati videbimur consulere, verè poterimus dicere, nos honestatis rationem habere: quoniam sine incolumitate eam nullo tempore possumus adipisci. Talia juxtim ac honestorum & utilium mixturam qui non observant, iis accidit idem quod evenisse Catoni Tullius iterum scribit *ad Attic. L. II. Ep. 1. Cato* Uticensis *animo optimo utens & summa fide, nocet tamen interdo Reip. dicit enim tanquam in Platonis πολιτεία non tq. in Romuli fece sententiam.* Quo prudentior Julius ille Agricola fuit, de quo Tacitus *in vit. ejus c. VIII. Peritus erat obsequi, & eruditus honestis utilia miscere. (2) Salutem Reip.* Hanc Magistratus sibi ob oculos ponere & velut Cynosuram observare debet, quo Resp. in integro Statu conservetur, ne per improbos disjecta Reip. navi frustra laceras & conquas fatas tabulas recolligat. Tantusq; publicæ utilitatis ac salutis est favor ut non privilegiis tantum privatorum, Enenckel. Baro *d. privil. L. 2. c. 5. n. 74.*

quem cit: D. Brunneman. ad tit. C. d. privil. schol. quamvis clausula irrevocabilitatis addita sit. *Epitom. A. Bull. Methodica E. Hattorff. Tit. XIII. th. 40. in edit.* ac bonis Principis s. fiscalibus prævalere debeat. Faust. ab Aschaffenb. *cl. 12. cons. 9. ord. 891.* Sed Ecclesiarum etiam sacrarum favorem vincat. sec. Lindem. *ad tit. D. d. O. J. th. 54.* planeq; contra naturam ejus derelictio sit habenda Cic. *III. d. Offic.* ob quam sæpissimè recedendum à regulis juris communis aliquoties dixi: præsertim si necessitatis telis armata, quæ à Seneca magnum humanæ imbecillitatis patrocinium vocatur, omnemq; legem frangit. Nam ut inquit Livius *23. 14. 14. Honesta utilibus cedunt in rebus extremis.* Sic Athenienſis ad Melios: *Non sic ad damnosissimum hominibus in præsentissimis periculis pudorem confugietis. Multi siquidem scientes videntesq; quæ præcipites abirent, nomine illo specioso turpitudinis se vinci passi, reipsa in extremas calamitates præcipitarunt.* Thucyd. *L. V. Cedit interdum Generosus Spiritus*

ritus utilitati & fortunæ viribus succumbit, ubi nisi tutiora elegerit, speciosa sequenti concidendum est. Val. Max. *VII. 6. 1.* Et ut Halicarn. *L. VI.* dicit: *Amentum est decorum consectando incolumitatem negligere.* Quotiescunq; igitur in eas angustias pervenerimus ut aut violatis legibus salva Resp. aut salvis legibus interitura sit Resp. posthabitis legibus necessitati parebimus & *Dormiant hodie Leges*, cum Spartanis dicemus, uti monet D. Forstner. *hypomn. LXXI.* Sic multæ regulæ juris privati per *art. 4. Instr. Pac. Osnabr. vers. addicta tamen.* officium suum perdunt.

Quin & eadem pactione Osnabrugensi, cum de satisfactione bellica Coronæ Svecicæ locorum jure belli occupatorum restituendorum nomine præstanda ageretur, multi concoquere non potuerunt, quare immerentes Principes Elector Brandenburgicus & Duces Megapolitani non exigua parte ditionum suarum ac simul jure in eas in perpetuum cedere coacti sint. Sed hæc & alia etiamsi multis

iniqua fuerint visa, intuitu tamen necessitatis & salutis publicæ, & quod pax firma aliter haberi non posset, excusantur; præsertim cum pro æquivalente recompensatione (uti Sanctio Pragmatica loquitur) alias ditiones à Cæsarea Majestate receperint, qui ob bonum pacis proprias abdicassent. Nec hoc repugnat Juri Naturali & Divino præcipienti ut nemini dominium rei suæ auferatur; quia regula hæc Juris Naturalis *jus suum nemini esse tollendum*, sic accipi debet ac si conjuncta cum superiore sic scripta foret; Nemini suum est tollendum nisi publica utilitas aliud postulaverit. conf. D. Rachel. *in L. I. Off. Cicer. verb. sed incidunt. p. 85.* & ut Tryphoninus *in l. bona fides D. depos.* scripsit; *hæc demum justitia est, quæ suum cuique tribuit, ut non distrahatur ab ullius personæ justiore petitione.* Ne dicam prosterni posse ædificia publico nocitura, quibus vel angustantur plateæ civitatis, vel latitudo porticibus minuitur *l. 6. l. 14. C. d. oper publ.* & quod magis est, integra suburbia

belli

belli tempore pro salute Reip. vel sine ulla compensatione comburi. J. F. Horn. *L. 11. d. Civit. c. 4. d. Domin. Emin. n. ult.* proq; munitionibus faciendis prædia & agros privatorum licite aufferri: quæ etiam Zasii JCti est sententia *ad l. 1. D. fosfut. matrim. n. 38.* qui tamen frustra cum aliis *ex L. Lucius 11. D. d. evict.* eandem probare conatus fuit, conf. Hotom. *qv. illust. 1. p. 22.* & Gothofred. *ad l. 15. §. 2. D. d. R. V.* v. eund. Zas. *L. II. consil. 1. n. 23. seqq.* modo non imaginaria vel conficta sit necessitas, neque in patrocinium crudelitatis aut avaritiæ trahatur talis quæ necessitas non est. D. Forstn. *not. ad Tac. XIV. A. 44.* D. Boecler. *annot: pol: ad. I. A. Tac. c. 9.* Ea verò quæ ob necessitatem recepta facilè in argumentum trahi non debent. *l. 14. D. d. ll. l. 162. D. d. R. J. c. in argumentum 78. d. R. J. in 6.* Equidem Politicomastiges Sinceratione à justitiæ tramite abire mendacioq; non absimiles esse sibi persvadent; Sed patimur eos ineptire donec ad saniorem mentem ac sententiam redeant.

ant. Interim ex annot. ad *pericc. I. X.* & quæ hactenus dissertata nobis sunt, abundè ipsis satisfieri posse speramus. Qui si fortè ad experientiam provocent, ut quæ certo doceat quid damnosum quid utile *Nov. 23 pr.* satisq; demonstret, quam longe aliud sæpè in recessu Sincerationes habeant quàm in fronte permittunt; nec modo non servari per eas, regiones Regna & provincias, sed ad extremam vastitatem deduci, unde si quis à periculo aliorum suæ opinioni mederi nolit, fore ut inops mentis sit & judicium in calcaneo habeat; regerendum est, mala hæc & incommoda tanti uti quidem illis videtur, æstimanda non esse, cum non contingant ex natura rei sed vitio personarum. Tollatur ergo abusus & maneat rei usus: etenim *Usus habet laudem, crimen abusus habet.* Sed mallent fortasse idem quoque hîc valere, quod in veteri Rep. Rom. quæ Regiam potestatem, Decemviratum, Dictaturam, Tribunatum eorum potius odio qui hos Magistratus tenuissent, abrogavit, quàm quod in his

his poteſtatibus aliquid vitii aut detrimenti eſſet. (3) *Juramentum.* Conſtat nullam gentem hodie tam bardam & ſtupidam eſſe *ut loquitur* Hotom. *d. feud. c. 23.* quæ non Principem ſuum ad fidem & tutelam Regni jurandam in auguratione adigat. Hinc enim ſubditi privilegia & conceſſiones ſalvas habent, & Magiſtratus eis defenſionem, integritatem ut polliceri ita ſervare cogitur. Illud tamen jusjurandum non transgreditur, ſi ſubditos contra Remp. nefariè machinantes Sincerationibus decipiat. Juramentum enim intelligitur ſub clauſula: *Rebus in eodem Statu permanentibus c. cum inter 2. X. de renunc.* D Ziegler. *ad Inſtitt. Lancell. L. 2. t. 18. §. 5.* Gail. *d. P. P. p. 1. c. 4. n. 45.* ſi ſc. ſubditi fideles & in obſequio maneant *gloß. in cap. quemadmodum verb. conditio de jurej.* quod ſi non fecerint nec Magiſtratus tenetur, cùm ſit mutua quædam correlatio inter Magiſtratum & ſubditos, ideoque cauſa de novo ſuperveniente etiam à jurejurando citra crimen perjurii recedere li-

cet. *c. quemadmodum X. d. jurej.* Pulchre de naturali hac fidei conditione, Seneca *IV. d. Benef. c. 35. Tunc fidem fallam, tunc inconstantiæ crimen audiam, si cum omnia eadem sint, quæ erunt promittente me, non præstitero promissum. Alioqui quicquid mutatur libertatē facit de integro consulendi & fidem meam libent.* Porro: *Omnia esse debent eadem quæ fuerunt cùm promitterem, ut promittentis fidem teneas.* Idem Ipse aliis verbis exprimit *d. L. IV. c. 39. Ad cœnam quia promisi ibo, etiamsi frigus erit, non quidem si nives cadant: surgam ad sponsalia quia promisi, sed non si febricitavero; Sponsum descendam, quia promisi: sed non si spondere in incertum jubebis, si fisco obligabis; subest inquam, tacita exceptio, si potero, si debebo, si hæc ita erunt; Effice ut idem Status sit cùm exigitur, qui fuit cùm promitterem.* conf. D. Mev. *Discuss. levam. inop. deb. c. I. n. 215. seqq.* & sane absurdum foret, juramentum pro utilitate Reip. interpositum in ejus perniciem detorquere velle

arg.

arg. l. 5. C. d. ll. finis namque in omni actione quo se dirigat inspici debet neq; inducta in certum finem debent operari contrarium. Deniq; si Jure Civili permittitur privatis ad jus suum obtinendum *l. 19. §. cum me 3. D. d. negot. gest.* Wesenb. *parat: C. d. dol. mal.* Mynsing. *3. O. 6.* Tiraquell. *de retraict lignagier præf. n. 71.* vel personam tuendam *l. 1. §. 2. & seq: D. d. dol: mal:* Strategematis machinari; Judicesq; pro eruenda criminis veritate haud raro nec sine innocentium periculo iisdem utuntur. Exempla vid. ap. Oldekop. *observ. crim. tit. 4. obs. 6.* Dec *ad tit: D. d. R. J. reg. 5. in addit.* Salmuth. *in Epigram. Legal. Epigr. XX. n. 12.* Berlich. *part. II. decis. 61. n. 2.* quos nec impunitatis promissione à Reo veritatem elicientes, gratiam promissam servare teneri Vent. Valent. *in Parthen: Litig: L. 1. c. 14. n. 25.* adserit: cur non idem & Imperantibus adversus improbos machinatores turbarumque incendiarios ac hostes Reip. liceret, Viderint intempestivè candidi ne

in cauta

in cauta ac simplici puritate sua puerum esse jubeant Principem, identidem occinentes Tullianum istud III. Off. Ne quid insidiosè, ne quid simulatè, ne quid fallaciter. Non autem *Fori* tantum, sed & *Chori* Stratagemata quædam sunt dicunturque Ecclesiastica. De his insignis oppido locus extat ap. Casaubon. *in exerc: 1. ad apparat: Baroni. Postremo* inquit, *illud quoque me vehementer movet, quod videam primis Ecclesiæ temporibus quamplurimos extitisse, qui facinus palmarium judicabant cælestem veritatem figmentis suis ire adjutum, quo facilius nova doctrina à gentium sapientibus admitteretur officiosa vocabant hæc mendacia bono fine excogitata. Quo ex fonte procul dubio sunt orti libri sexcenti, quos illa ætas & proxima viderunt ab hominibus minimè malis* (nam de hæreticorum libris non loquimur) *sub nomine etiam Domini Jesu & Apostolorum aliorumq; Sanctorum publicatos.* Cui ille geminus est ap. Augustin. *d. Civ: Dei L. 18. c. 48. Quæcunque*, inquit, *alio-*

aliorum Prophetiæ de DEI per Christum Jesum gratia proferuntur (intelligit sine dubio carmina Sibyllar. d. Christo & aliis mysteriis Religionis, itemque Mercurii Trismegisti Librum, & similia.) *possunt putari à Christianis esse confictæ. Atque hæc est pia fraus ut vocant veterum Christianorum.* Ipse quoque D. Paulus *II. Cor. 12. 16.* ait: *Quod sim callidus, dolo vos cepi.* Quem locum inter exempla doli boni referre Tholosano, *XXIII. d. Rep: c. 3.* itemque Hilligero in Donell. enucl. *L. XV. c. 40. in not. lit. C.* placuit. Modo non Apostolus *ibid.* ex persona obtrectatorum loquatur, quorum calumnias statim *seq. vers.* diluit.

ER-

ERRATA.

Cùm præter exſpectationem in hoc tractatu, abſente Dn. Autore, quædam errata irrepſerint, (quorum graviora huc adnotare placuit,) eadem pro Candore Tuo, *Lector Benevole* Te correcturum haud dubitamus.

Pag. 10. lin: 17. poſt verb: detraheretur autoritatis, *addenda* Boccalinus in Lyd. Lap. Relat. Parn. p. 2. c. 25. Unde Machiavellum Parnaſſo pulſum refert Idem. *p. 12. l. 12. lege* allodii *15. l. ult.* judiciariæ. *17. 5.* ἀναγκαῖον *ibid. l. 5.* Raiſon. *21. 16.* corporis *ibid. 17.* allernechſte. *23 8. & 9. pro* II. *15. l. 10 34. 13. & 35. 3. 278. l. 16. pro* I. infr. *ibid: l. 13. pro* te, tu. *37. 23.* Paulus. *40 8 poſt* permiſſum *add.* non. *ibid. 21. pro* §. I *ibid. l. ult. pro* ni, in. *ib. 23. pro* 54. 13. *& add.* h. ſecul. *46. 4 pro* Svecus, Svecic. *50. 13.* competat. *51. 6. poſt* Etenim, *addenda*, Cæſar in literis ſuis ad Senat. Aulic. & Duc. Wurtemb: ſe jus decidiſſe ait, ibi: das darinnen das *factum occupationis* geſtanden / das *jus* aber ſo in obberührten *publicirten* Käyſerl.

ſert. *Edict* bereits *decidiret* worden &c. tum quoq; *ibid. l. 15. pro* ſunt, ſeu. *lin. 16. deleatur* quæ. *52. 15 poſt* applicatio *add.* juris. *53. 4.* condemnari. *61. 10.* vetera *63. 12* obſequii. *69. 8.* Hedræus *70. 9. 10.* Monarchica. *71. 76. 21,* uece. *78. 20.* trahere ⌣. *79 18. lib.* n. *bis poſita. ibid. pro* Inſtit, Inſtas. *83. 9.* alii, *ibid. 21.* conſeſſum. *87. 13.* delectum ⌣. *ibid. 14.* Mamercus. *96. 5.* litui *97. 16.* paſſion, *ib. 17.* Sçauroit. *ib. 20. pro* quod, quò *101. l. 1.* Συμφέρει *104. 9* propior. *105. lin. 1 pro* II. II. *106. 5. pro* Q. *109. 16. pro* I. L. *ib. 19.* eum, cùm. *114. 14.* initinctu *116 3. pro* II. II. *117. 5. pro* Dill, Diſs. *118. 6.* contraxerit, *120. 22.* judicat ⌣. *122. 10.* mos *124. 10* conſtant. *128. 16.* averſari. *3. 22.* Eoas *38. l. ult. dele.* diem *141. 20.* religionis, ad. *ibid. 22.* everteretur. *161. 1,* peraguntur, *162. 13 poſt* ut *add.* que *166. 19.* facilius *183. 15. dele.* totum *177. l. 1.* Φυγαδεύειν. *12. pro* ob, ab *180. 21.* iſtud. *ibid. 19.* Gall. *253. 13.* famoſiſſima ſcorta. *255. 2.* ſuam *338. 10. poſt.* deducebant ⌣. addenda, *ibiq; in hoſpitium libens loca & lautia præbebant*

JO. GEORG. BURGMANI

PRINCEPS PATIENS,

s.

Sub Syndicatu consideratus



FRANCOFURTI ET LIPSIÆ,
Sumptibus CHRISTIAN. WOLFFII,
Bibliopol.

ROSTOCHII,
Typis JOHANNIS KILII, Universit. Typogr.
Anno M. DC. LXXII.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn727099752/phys_0357
DFG

Ex Plutarcho
Lipſ. *L. IV. Pol. 10. circ. f.*

Omni populo ineſt malignum quiddam & querulum in Imperantes.

Senec. *III. d. Ir. c. 23.*

Ingens ad tutelam Regni Inſtrumentum, convitiorum PATIENTIA.

VIRO
NOBIL. ET AMPLISSIMO
DN. JOACHIMO
BOLTEN,
Dicasterii Regii, quod
est Wolgasti, Adsessori
splendidissimo.

Cujus
In sanctissimo Pomeraniæ Areopago
Munia non nisi *merita* sunt,
Auctoritas non nisi *Humanitas*,
Paginas hasce mole, ac pretio forsan,
exiguas,
Singularis tamen benevolentiæ cultusq;
testes

Cum pio omnium prosperrimarum rerum voto

D. C. Q.
Nobil. Ipsius Amplit.
Serviens *Cognatus*
JO. GEORG. Burgman.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn727099752/phys_0359
DFG

§. I.

MIsera sane atq; gravis est Regnantium conditio, ut sine ulla absurditate caput Principis *nidum curarum*, totamq; ejus vitam circumferentiam *absq; quietis centro*, vocare queas. Nunquam enim magna Imperia otiosa sunt *Sen. Suas. V.* Ipse verò Princeps, dum labor ipsius otium omnium, omnemq; occupatio vacationem implet, tempore ferme destituitur, quo sanitati aut corporis aut animæ suæ satis consulat. Ut satius multo

- - - - parere quietum
Quam regere imperio res velle
& regna tueri.

Sufficiet nobis hac vice in exemplum *Henricus II.* de quo *Hospitalius* M. olim Galliæ Cancellarius ita testatur

Sic

Sic mendicabat vilem Rex Maximus ille
Aem, quo miser in triviis mendicus abundat.

& addit,

Dicite privata quis vestrûm talia vitâ
Ferre velit?

Idem qui in Epistola ad *Turnonium* Cardinalem, cùm ei propter ferias Juridicas unum atq; alterum mensem in rusculo vivere concessum fuisset, de seipso cecinit:

O nostri melior pars remporis, O duo summâ
Lætitia menses exacti! scilicet ex quo
Publica jam pridem tractare negotia cæpi,
His mihi sum visus solis vixisse diebus.

Sed & gladii, & tela (ut disserit *Saturninus* ap. *Vopiscum*) Imperantium cervicibus impendent, imminent hastæ undiq;, undiq; spicula, ipsi cu-

ſtodes, timentur, ipſi comites formidantur. Tanta igitur bellua cum ſit Imperium, magis admirari oportebat eos, qui ut verbis utar *B. D. Forſtneri* Mombeligardenſ. Principis olim Cancellarii, per æqua & iniqua, per ſaxa per ignes, & per omnia præcipitia coronam conſectantur, quam qui vel noſtro vel ſuperiori ſeculo Regnum aut Imperium, ſ. quod finitore M. Aurelio idem eſt, *Molestias*, ſponte ſua reſignarunt. Cetera inter ea quæ Principis felicitatem infamant, non minimam ſibi claſſem vendicat, quod omnis ejus actiones novit carpere, rarus intelligere, ne dicam, quod meliora depromere valeat. Quoties enim plebs ipſa actiones Principum non omninò adſequitur, diſcutere eas curioſe incipit, inq; deteriorem ſemper partem interpretatur. Non tantùm actionum publicarum, ſed & animorum, ſed tempeſtatum motus & terræ fœcunditatem ab iis præſtari debere

in ep. ad Jo. Alberi Portner. Conſiliar. Ratisb.

bere insulsa ejus est persuasio. Hinc sors Principum ex more populari illa est, ut quicquid adversi evenerit, ejus invidia ad illos redunder. At vero omni nisu hæc bellua qua nullum animal morosius est, cohibenda & tanquam in gyrum Rationis præsertim status (quam omniũ rationum complementum haud frustra dixeris) ac obsequii, cujus sola subditis gloria relicta est, reducenda, nisi precarium omnino Principis Imperium esse velimus. Et planè seditioni apta loqvuntur, qui quotiescunq; multitudini quid imperat, causæ probationi Principem adstringunt.

II. Quapropter cum *Lessio* & cordatioribus inter conditiones obedientiæ cæcitatem numerare malo eandemq; in civilibus obsequiis maximè requiro. *Obedientia a. perfecta* secund. illum *cæca debet esse dupliciter: Primò ad imperfectiones & vitia Superioris, ut hæc non consideret, nec ob hæc minùs ad obedientiam*

parata sit, sed solum consideret eum cujus locum tenet, ad hunc enim quammaximè oculatum esse decet. Secundò debet esse cæca ad rationes præcepti scrutandas, np. ut non velit scire causas cur quid præcipiatur, sed satis ei sit præcipi vel proponi ab eo qui locum DEI tenet, nec constet per se esse illicitum. Hæc Illæ. Certe confusione turbis ac seditione omnia scatebunt, si talis judicandi facultas, cui resistendi potentia adhæreat, multitudini permittatur. Præterquam enim quod ea imperandi conditio est, ut non aliter ratio constet, quam si præter Principem cui summum rerum arbitrium datum, nulli reddatur, & pereunte obsequio Imperium intercidit, si ubi jubeantur quærere singulis liceat: ex usu Reip. quàm maximè est, non omnium præceptorum rationes, negotiorumq; interiora vel juris aut consilii momenta evulgare, ne consilia ante maturitatem in ipsa herba, quod ajunt, supprí-

primantur. Proinde in collectarum impositione & exactione tributorum &c. cum Populus talia plerunq; non ut in se sunt, *ornamenta* videl. *pacis*, *subsidia belli*, imo *nervi Reip.* quibus non illatis impossibile est Remp. subsistere, sed potius tanquam flagitia dominationis, & per tyrannidem sibi imposita æstimare, velutq; harpyas abolenda contendere soleat, avari præsertim & illiberales, apud quos plus valet tributi, quod solvunt, dolor, quàm mali quod instat, timor, satius erit, Principem tùm ipsius tùm cæterorum quos tangit, consensum quidem adhibere, precum verborumq; blanditiis eos capere, aliam causam impositionis præ se ferre arduam, difficilem, facere illis promissa de refundendo pacato tempore, reversales item dare gratis collectas præstari, (alias artes tributorum invidiam leniendi profiteturD. Forstner. *Not. ad Tac. IV. A.* 72.) statuendi autem judicium & arbitrium

cum

cum Augusto sibi penitus reservare. Et hæc faciliori via procedunt, quàm si cum *Pescennio Nigro* vel *Roboamo* lapidibus & saxis ingruas, quorum primi verè nigri & abominandi imò ipsius inhumanitatis vox est, cùm inquit: *Vos terras vestras levari censitione vultis, ego verò etiam aerem vestrum censere vellem.* Posterioris autem à juvenili calore profectum, ejusdemq; farinæ responsum v. *I. Reg. 12. v. 10. 11. & 14.* Lupum quidem ajunt, auribus non teneri; at populum præsertim indomitum auribus (queis animum inhabitare Xerxes olim credidit) maximè oportet ducere. Verba apud eum plurimum valent. Ab eadem mente Poeta

Tum pietate gravem ac meritis si forte Virum quem
Conspexere silent: arrectisq; auribus adstant,
Ille regit dictis animos, & pectora mulcet.

Quod

Quod si ergo Magistratus tributum impetrare poterit suadendo, longe melius id erit, quàm si cum violentia quadam extorqueat: præsertim, cùm suasio ab eo qui jubere potest, vim necessitatis afferat, raro autem tumultuum ea Resp. sit expers, ubi solius Principis arbitrio populus tributis oneratur, quod plurimis exemplis passim Politici declarant. Neq; prohibitum est quærere vias indirectas, ut possit ad propositum veniri, dum tamen non fiat dolosè ad nocendum, sed consulendum. Vixq; est ut unquam sit iniqvum quod est necessarium. Accidit enim quandoq; Politico, imo prudentiæ Civilis pars est, ut ipse in arduis & præruptis negotiis pro usu Reip. sciat πολιτικῶς se gerere, & obliquare sinus, seu portum quem recto cursu tenere non possit, mutata velificatione adsequi. Comicus *foro uti*, JCti *tempori inservire & revoluto mantelo uti* vocant. Oblucari autem ventis,

tis, & pleno velo navim mergere dementis est. De Belgis refert *Klockius d. Æ-nar. L. II. c. 11. n. 15.* cum olim auctionem veteris vectigalis in singula cerevisiæ vasa imposíti cum consensu populi obtinere non possent, universim omnia vasa & dolia s. tonnas è domibus braxatoriis aliò transferri & antiquari, inq; illarum locum alias novas mensuras s. tonnas, quarum singulæ justo & solito minores erant & quantitatem mensuræ octo amphoris s. cadis à prioribus distabant, clam & inscio populo subrogari jussisse, atq; ita per indirectum & obliqvum, quò directò intendebant, sed pervenire non poterant, laboranti ærario subvenisse. Si tamen omninò refractarii Cives fuerint & surdo narretur fabula, executivè contra eos proceditur, manuq; militari vel aliis modis ad solutionem compelluntur. Quos cumulatim ex variis Autoribus recenset

part. II. P. 3 in not. Aut. der Reichstags Discurs d. A. 1663. Eidem & sententiæ favet M. ille Theologus

logus D. Hulseman. *in casib. consc.* L. I. c. VIII. §. 8 cit. I. F. Horn. d. ob. seq. subd. ita statuens: *Non solùm malè verùm etiam periculosè agunt Consiliarii, qui cogunt Principem, antequam res fortunæ petat à subditis suis, ut subditi convincantur in conscientia, hoc subsidium esse Principi necessarium, cùm enim subditi sponte suâ nihil conferant, sed plerique putent exigi per tyrannidem, quicquid exigitur, consilia Principis evanescerent, & hostis bello præveniret, antequam legitimus Rex necessaria ad defensionem subsidia acquisivisset.* Hactenus ergo verum adparet, quod *Martialis* alicubi scribit:

Qui Rex est, Regem Maxime non habeat.

III. Quibus negativa arridet, communiter allegare solent Tertulliana ista: *Nequi Civis fideliter Legi obsequitur, ignorans quale sit, quod ulciscitur Lex. Nulla Lex sibi soli conscientiam justitiæ suæ debet, sed eis à quibus obsequium exspectat. Cæterum*

rum ſuſpecta Lex eſt quæ probari ſe non vult: improba autem ſi non probata dominetur. Verum enim vero quemadmodum legum condendarum rationem reddere, vel æquitatem aut juſtitiam earum ſubjectis comprobare Princeps haud tenetur, cùm Legis proprium ſit ut dari poſſit etiam invitis, eaq; propter à ſola voluntate eorum penes quos legum ferendarum poteſtas reſidet, (ſive unus ſit ſ. multi) minimè verò à parentium libidine & acceptione vigorem ll. arceſſere oporteat [qui etiamſi maximè id velit, interdum tamen cauſam rationemq; dare non poterit, quando ſc. quædam, quæ nullam juſtitiam præ ſe ferunt, vel ut Julianus ait *L. ſi. D. ad L. Aquil.* contra rationem diſputandi pro utilitate communi recipienda ſunt] ita poſtquam Leges ſemel jam inſtitutæ & firmatæ fuerint, non licet Judici vel alteri cuiquam *de* ipſis judicare ſed *ſecundum* ipſas *c. in iſtis diſt. 4.* utut hæ

maxi-

maximæ hominum parti plerumq; diſplicere ſoleant. Hinc jura dare litigantibus & recta atq; utilia præſcribere facilè poſſunt omnes, etiam qui naturali aliquo ſaltem igniculo prædíti ſunt, absq; doctrina: ſed jura dare ita ut litigantes acquieſcant, hoc opus, hic labor eſt. Quod cauſam JCtis vel potius Legulejis inanibus præbere poterat, ne ipſi leges rectè latas Zaſiana παῤῥησία (qua ad *L. Lucius Titius n. 3. D. d. vulg. & pup. ſub.* erumpit, non eſſe quod ibidem taxat, verum, etiamſi Juſtinianus cum omni ſua aula, Dorotheis & Tribonianis dixiſſet) magis exagitarent quam defenderent. Conſcientia Legis certior utiq; eſt conſcientia hominis legum autoritate deſtituta; atq; ideo ſecundum illam non iſtam Judicem ſententiam ferre oportet. Nec ullius ſenſus eſt, qui ſenſum & intellectum vincat Principis legem condentis. *Nimis improba hæc jura tractandi ratio eſt, LL. ex captu tuo metiri, & quic-*

Conring. diſſ. de LL. th. 31.

Fac. Polit. Lib. part. 1. art. 8.

& quicquid non capit tuum caput, protinus ſpurium & expungendum clamitare, ipſe inquit *Bacchovius*, ad Theoriæ optimus & ſubtiliſſimus Interpres. Idem Clariſſimus Themidis Antiſtes: *Quænam ſit adeo inepta privatorum hominum putatio & judicium? ut Legislatore prudentiores videri, & ipſi quaſi normam ferendæ legis præſcribere audeant: & ineptus fuerit Princeps, ſi in lege à ſe lata, quam forte quibusdam diſplicere intelligit, ſe permanere velle edicat.* Quare ſufficit ut Lex juſta æqua, ſancta, bona videatur, habeatq; vim legis, quod Legislatori juſta viſa fuerit, quodq; potuerit habere honeſtum aliquem finem. Hinc etiam illa legum interpretatio, quâ totum aliquod jus iniqvum aut prædurum dicitur idq; agitur, ut in totum tollatur, id ſolum Principem ſpectat. *L. 1. l. 9. f. C. d. LL.* Ex his & ſimilibus rationibus legem utcunq; invidioſa, captioſa, dura, inhumana, rigoroſa

Treutl. v. 1. D. 17. th. 4. vol. 2. D. 10. th. 2. lit. c. ad verb. de iis qui edicat. &c.

gorosa esse videatur, nihilominus tamen vim atq; efficaciam legis retinere probat Vasquius *JC. Hispanus.* Idem verò de mandatis ac legibus superioris s. Principis judicium esse potest, quorum illa quod legis in modum obligent, *§. 6. I. d. I. N. G. C. L. I. D. d. constit. Pr.* ad facultatem legislativam à Politicis etiam referuntur, quamvis usus loquendi hæc duo abinvicem ferè distinguat. Lex igitur & Princeps qui animata lex est, jubeant non disputent monente *Seneca*, sed jussa velut ex abdito cælorum fulmina vereantur omnes, nec unde aut quare veniant, curiosa nec profutura indagine inquirant.

part. I. Lib. II. d. succes. §. 20.

IV. Equidem *Illustris Grotius* præmissa Tertulliani in edictis de Bello gerendo locum habere putat, ut nec affirmare dubitet in bello dubio, quando videlicet justitia & injustitia belli æquè incerta subditisq; incognita est, tutiorem ab his eligi partem, si bello potius abstineant, quod minus

II. d. I. B. c. ult. n. 4.

nus malum inobedientia sit in ejusmodi casu, quàm homicidiũ præsertim multorum innocentium. Verùm cum neutra pars contradictionis in se spectata, quod æquis rationib9 utraq; nitatur, præ altera probabilior esse queat, neq; etiam Bellum etsi maximè jus ejus civilibus præceptis præsertim judiciariis & pacis propriis laxius. Ferrier. *en Catholiq. d' Estat p. m. 113.* ubi ait: *Les guerres des grands Rois ne reGoiuent point la loy des Theologiens & parmy les armes la justice a la voix basse.* [ubi enim tantum armorum corporumq; sub signis stabit, quis cruori legem dabit, unde aut quantus fluat] propterea susciptatur, ut innocentes è medio tollantur, queis non tantum sed & captivis & superatis hostibus, nisi prius ab illis sævitum sit, vel etiam aliæ adsint causæ, optimi belli Duces atq; Strategi ob commune Naturæ vinculum parcere, persolutoq; pretio quod Græci λύτρον, communiter ranso-

ranſonem, *rençon*, vocant, quodq; olim in bello Hiſpanos inter & Batavos, menſis unius ſtipendium erat, & in gregario milite inter plerasq; hodiè gentes receptum eſt, dimittere ſolent. Ex diverſo autem juſſus & autoritas Imperantis pro qua ſemper præſumendum, & cui præterquam in manifeſtè & extremè impiis quæ ſuprema & æterna ratio damnat, repugnare non licet, juncta rationibus quæ pro belli juſtitia militant, faciat ne amplius de eâ dubitare liceat, niſi quis partem debiliorem ſequi, & propter incertum peccatum præſentiſſimo inobedientiæ crimini cui ineſt rebellio quæ ſpeciem criminis L. Majeſtatis habet, ſe obnoxium reddere velit, omnino neceſſe eſt, ut Principi h. in caſu obſequium præſtet, & pro qualitate perſonæ vel ipſe militares operas ſuſtineat, ad quod olim cives Rom. propoſita in refractarios ſervitutis pæna teſte Arriano *L. 4. §. 10. D. d. re mil.* cogipoterant, hodieq;

Philipp. in Pract. Lib. I. ecl. 37.

hodièq; subditi, si non privilegium vel usus exemptionem optionemve aut similis ratio libertatem ipsis tribuat, ratione Idictionis in specie *juris sequelæ* Ger. Folg und Reise / tenentur, vel etiam vicarium aut hostentitias, Saxones vocant, die Fahrt lösen/Heerstewren persolvat. Quod ultimum ap. Germanos à longissimo tempore invaluit, qui ad mercaturam & aratrum potius quàm arma conversi militaria opera & exercitia propemodum dedidicerunt, id quod experientia cotidiana testatur, maxime verò improbat simul & dissuadet *D. Busbequius* in suo de re militari adversus Turcas instit. consilio, quamvis

Vix nunc antiquos mutet Germania mores,
Ponere difficile est, quæ placuere diu.

V. Eandem pariter sententiam adversus H Grotium amplectitur atq; defendit Cl. Feldenus *ad d. c. ult.* ita disse-

differens : *Non est tutior sententia repugnare jussibus Magistratus, cujus est justa honesta & utilia præcipere. Nam non solum periculum inobedientiæ ab altera parte est, verùm etiam incommodum Patriæ, cujus salutem Imperantes respicere præsumuntur. Ubi tutius est subditis, parere, quàm scrupulosè inquirendo in justitiam belli, periculum Patriæ parare. Nec distinctio inter suasorias & justificas causas videtur quicquam ad rem facere. Admisimus enim in præcedentibus ob felicitatem Reip. multa facienda esse, quæ fortasse nullam præ se justitiam ferunt.* Hactenus Ille. Etiamsi autem vel maximè causæ justificæ exponantur (quod tamen statim fieri interdum nec potest, neq; ob publicas rationes conducit) quotusquisq; subditorum tanta est rerum civilium peritia, ut justæne an injustæ sint, possit dignoscere. Præter ipsum v. *Cajetanus* censet : *non esse subditorum scrupulosius & qs.*

ad

ad amussim discutere & inquirere de justitia belli, si modo prorsus apertè manifesteq; non sit injustum, sed vel aperte justum vel certè dubium. Præsumendum enim semper esse, justum potius esse quàm injustum. Exteros v. milites vel alios bello servientes debere certiores esse de bellorum quibus adscribuntur, justitia. Quibus suffragatur Autor Vindic. Gall. adverſ. Al. Patric. Armacan. Theol. *p.* 272. his verbis : *Non est certe, non est eorum, qui parent, arcana dominationis tentare, vim Principatus resolvere, aut quibus de causis bellum à Principe suscipiatur, æstimare. Debent illi non retractanter obsequi, nec quorsum quidq; fiat aut edicatur, curiosis oculis investigare. Ea enim est conditio imperandi ut non aliter ratio constet, quàm si paucis secretorum arbitris & participibus reddatur. Multorum enim ministerio quæ in occulto esse debent, committere prolixum est, eorum v.*

fidei

fidei periculosum. Cùm itaq; ad plures rerum momenta vocare non expediat, satis eorum conscientiæ consultum est, si non disputare sed obtemperare didicerint. Et post locum Augustini quo sequens VI. concluditur §. interjectum, *In hac v. dubitandi causa idoneum militibus subest ad justitiam belli argumentum, quod illud autoritate publica Princeps decreverit, de quo illi rectè semper atq; magnifice sentire debent.* Itemq; *Ferrierus*, cujus gravissimum non minus quàm verissimum judicium *in cit. tr. p. m. 19.* extat h. in modum. *Les subiets n' ont pas la censure, ny le jugement, pour pouvoir regler la justice ou l' injustice des armes des leurs Roys: ils ne doiuent auoir pour tout partage que l' obeisance & la fidelite. Les loix de l' Estat sont autres que celles des Casuistes, & les maximes de l' escole n' ont rien de commun avec la Politique. Les Empires seroient bien malheureux, si*

leurs

leurs secrets, qui sont les ressorts qui les meuvent, estoient proposez aux peuples pour subir leur examen, & s'ils devoient passer a la mercy des cerveaux creux, & de quelques melancholiques ambitieux qui veulent juger des Estats comme d'une classe, & de la conduite des Monarchies, & des regles du gouvernement, ainsi que des regles de la Grammaire. Autant de fois que l'on donne lieu a ces frenesies tout l'ordre de l'Univers est ebranslè, les Estats se detruissent, la Religiõ vient en mepris, & court fortune, & pour des maux imaginaires qu'ont a fait craindre aux peuples, l'on les precipite dans des ruines inevitables. Sed nolo decuriatim testes rogare in re etiam ap. Theologos confessa, quos alleg. D. Bosius *Diss. d. Ort. Educ. & stud. Agricol. §. XIII.* ubi porro ad Grotii distinctionem illam inter bellum quo quis impetit alios, & quo sua tueri conatur, respondet: sub finem v

planè

plane rejicit, quod idem Grotius carnifici qui damnatum occisurus est, causæ merita hactenus aut quod quæstioni & actis interfuerit, aut ex Rei confessione cognita esse velit, ut satis ei constet mortem ab eo commeritam. Ridiculum sane. Non peccat Carnifex qui ignorat injustitiam sententiæ & morti adjudicatum occidit. Obsequitur enim superiori, & ejus sententiam in dubio discutere non tenetur D. Ziegl. *in H. Grot. L. II. d. I. B. c. ult. §. 4.*

VI. Nec officere debet vulgatum illud, *si dubitas, ne* feceris de quo Cicero *L. I. d. offic.* ibiq; Rachel. *in not. p. 38.* Nam id verbi neutiquam in hoc casu sed in iis tantùm locum habet, quæ merè ab arbitrio nostro pendent, non item in his quæ à voluntate superiorum. Simili quoq; ratione occurrendum, si quis cum *Franc. de Oviedo* in ejusmodi dubiis gratiorem partem eligendam censeat. Limitatio autem illa *modo impetrans sit*

doctus & prudens, quâ nonnullis uti placuit, parùm attendenda est. Etenim quod regulariter præsumptio militet pro Principe, ex præmissis satis liquet. Id quod usq; adeo verum est ut bellum etiam contra subditos justum præsumi debeat, quamdiu de violentia & oppressione manifesta non constat. Quicquid autem sit, certum & indubitatum est, ratione sequelæ magis belli gerendi indolem, quam personam gerentis sequendam esse, cum injustus etiam ac impius Magistratus justissima bella gerere queat, & injusto Regi ac Principi at non injusto bello militare liceat. Huc facit locus Augustini: *Vir justus si forte sub Rege etiam sacrilego militet, recte potest illo jubente bellare, si quod illi jubetur vel non esse contra DEI præceptum certum est, vel utrum sit, certum non est. Ita ut fortasse reum faciat Regem iniquitas imperandi, innocentem autem militem ostendat ordo serviendi.*

Alciat 3 præs. c. 16. Myler ad Rumelin. in A. B. D § p. 2. θ 11.

can quid culpa- tur 13 q. 1.

VII.

VII. In comperto tamen est aliter subditorum animis impressum esse, & â nulla alia re tam abhorrere plebem quàm â sustentatione militum vel etiam â Bello. Quorum illos *publicas* nim. & *decoratas* s. *honoratas personas*, quemadmodum in Corpore LL. Rom. vocantur, adeò ut sub judice præsertim cruentis hisce temporibus lis adhuc sit De hac quæst. conscripsit Processum Judicialem Ludovicus Bologninus JCtus, ubi inducit contendentes Fr. Aretinum, cum Federico Urbini Duce, & Judicem fecit Alex. Imolens. *An arma cedere debeant togæ vel contra.* non aliter ac prædones aut si quid his pejus, æstimant. Hoc v. etiamsi justissimum atq; adeo pro genere administrandæ justitiæ habendum sit, quod cùm Denunciatione ut oportet, indicitur, Deus Judex constituitur, in eumq; compromittitur justis exeqvutoribus armis, ut belluinum quid tamen contra jus Divinum pa-

L. XXXII L. fin. C. Locat.

riter ac Gentium, ut plurimum deteſtantur. Deteriores h. in parte majoribus ſuis licet Ethnicis, ap. quos jam olim creditum fuit, DEUM bello adeſſe. Tac. *d. M. G. VII.* quod etiam Auguſtino probatur. *Noli* inquit, *exiſtimare, neminem DEO placere qui armis bellicis miniſtrat. in his ſanctus erat David, cui Dominus tam magnum perhibuit teſtimonium.* Tantum abeſt ut ipſi in numeros referri, & quod boni Viri juxtim ac Civis eſt, pro Patria nihil timere, Principemq; ſuum paludatum ſequi velint. Equidem fugiendum eſt Bellum, non tamen ita fugiendum, ut omnia ne in id incidamus, ſuſtinere perpetiq; velimus, neq; Principi quamdiu pacatè vivere licet, arma ſumere decorum, vel nimiam fiduciam, quæ maximæ calamitatis initium ſolet eſſe, in iis ponere conſultum eſt. Attamen quoniam nihil tam molle ac fragile eſt atq;

c. noli 3. cauſ 23. q. 1

Polyp. IV.

Trutin. Stat.

Europ. Duc. Robanæi in præf.

atq; pax armis exuta, nec ullum tam urgens molimen est alterius bona occupandi atq; exeqvutionis commoditas, ac præterea interna Status Reip. securitas ab armis non tam alienis (NIHIL enim rerum mortalium sec. Cunæum *d. Rep. Hebr.* tam instabile & caducum, quàm aliorum quod beneficio tenes. Magna mobilitate sunt animi hominum, quisquis alterius rebus consulit, suam ipse fortunam in consilio habet, ubi res postulat, fides & pacta posthabentur) quàm propriis dependet, impossibile est sine bello nos semper tutos esse aut finitimorum præsertim potentium conatus sine armis terrere libidinemq; invadendi restinguere posse. Nec *Ferrieri* tantum sed nostris adhuc temporibus respondet quando ait: *Au temps ou nous sommes le seul moyen pour en venir a bout* (intelligit quietem subditorum securitatemq; status) *est de ne tomber point par foiblesse au mepris de ses*

voisins. Si nous ne leurs sommes pas formidables, ils entreprendront hardiment, & si nous ne levons la main ils ne retirent jamais la leur. & addit: *C'est d'ou il vient que ceux qui crient contre la guerre, crient souvent contre la paix, & ebranlent leur propre seureté quand ils se plaignent des mouvemens.* Qua ratione Arma, coronarum fulcra, existimationis columnæ, invidiæ repagula, ambitionis fræna, ipsiusq; publ. rei sustentacula Politicis merito dicuntur. Horum igitur & similium cùm H. Grotius rerum civilium peritissimus haud ignarus esset, non abs causa quispiam miretur, cur Ipse ulterius in Opere toties hîc laudato
II. 26. 4. & incomparabili, si quando subditi Christiani ad militandum cogantur, minus æqvum esse arbitrari voluerit. Atqui ita futurum est, ut dum maxima pars eorum ob mollitiem ac contumaciam quam sub antea notavi, suis in patria pernis & pultibus nunci-

nuncium mittere nollet, inq; optatis haberet præ hostili acie Marteq; furente cum Ithaco

Eumum de patriis posse videre focis.

& domi â gallis cantantibus quàm belli â tubis clangentibus excitari, necessariis etiam ac justissimis ex causis bellum geri non posset, quod tamen Christianis permissum fatetur Ipse H. Grotius. Oportet tamen ut Princeps modice illam potestatem (videl. subditos ad militiam armaq; cogendi) cumq; temperamento quodam exerceat. Nam quia causa plerumq; latet, subditi ad cita arma prorumpere nolunt: si ergò vi eos cogit, jam intestinum & validiorem hostem sibi conciliat intra meditullium regionis quam extra fines. Resp. a. ne conflictetur ex mora subditorum, decipiat eos & ad signa deducat, postea quamdiu velit retineat. *in anot. ad Ebæg. Matt. p. mihi*

VIII. Ceterum non in belli duntaxat aut tributorum causas plebs te-

merè inquirit, sed & in reliqua negotia status actionesq; Principum longe alio ingenio metiendas, & quæ supra privatorum Horizontem existunt, hebetioris & crassi judicii falcem immittit, adeo ut arcanorum prorsus Regni abyssum præsumptione nimis stolida pervadere conetur. Hinc jam olim de regnantibus dixit Euripides, *Male audiunt semper qui præsunt.* Grosse Herren müssen viel von sich reden lassen cujus uberiorem non nemo exegesin his verbis tradit: Fere ita cum rebus humanis comparatum est, ut qui multos judicant, à multis judicentur, & rerum temporumq; Domini populo quem regunt serviant. Nec ulli vel liberius à Principe suo vel protervius rationem rerum gestarum aut negle-starum exigunt, quam qui de capessendo Reip. clavo longissime recedunt, ut non incommodâ sensus deflexione huc applicari possint illa Servatoris Christi, *Qui vult inter vos magnus*

gnus

gnus esse, sit vester Minister: & qui vult vestrûm primus esse, sit omnium Servus. Hactenus Ille. Vix extra ephæbos positi molesti simul & inepti rerum omnium quæ geruntur, censores maxima Rerump. arcana, Principum consilia aliaq; quæ longo studio & usu exercitati frustra sæpè assequi conantur, ad puerile suum tribunal vocant, & ardeliones esse incipiunt, antequam sapere. Reliqui autem etiamsi vix rebus propriis ac domesticis præesse norint, & vel cubito se emungant, actiones tamen superiorum quas ipsorum stupor raro vel nunquam capit, censura impudica perstringunt. Quos potius pleraq; Principum facta ponderare oportebat, etsi videantur minus recta nihilominus tamen ad suam tendere salutem, innuente hoc ipsum *Paulo JCto* in *L. XXXIII. D.d. injur.* talesq; se gerere qui suarum actionum coram DEO, Principe ac omnibus cordatis tandem sint reddituri,

Zeuecot. Obs. in Flor. c. 5.

rationem. Proinde nihil fere aliud hic Principem Politici monent, quàm ut cælum imitetur, quod ordinem non turbat suum ob tempestatem in media aeris regione exortam; vel navium gubernatores, qui procellarum ac fluctuum fremente rabie clavum non dimittunt, sed invitis etiam & obluctantibus ventis portum ingrediuntur. Idem docet etiam Principem suum Hetruscus ille Politicus, quod plerosq; judicium rectum lateat, nec sapientum qui pauci sunt, præ magno stultorum numero, nec stultorum qui exsuperant, ratio magnopere sit habenda. Neq; enim vulgus delectu aut prudentia ducitur ad judicandum, sed impetu & quadam etiam temeritate. Plebi nec judicium nec veritas est. Tac. *l. H. 32.* ex opinione multa ex veritate pauca judicat, quæ plerumq; fortem ambitionis, pacificum timoris, severum tyrannidis, doli prudentem, simplicitatis ingenuum arguit. His enim

&

& similibus coloribus ingeniosissimus *Savedra* eam nobis depingit. *Symb. LXI.*

IX. Quid mirum ergo, si magnanimi ac prudentes Viri, ipsi etiam Imperantes, in iis quæ ad Remp. pertinebant, consilio non nisi suo aut paucorum, vel cum periculo offensionis, ut Messala ap. Tac. *I. A. 8.* (in quo tamen plus adulationis quàm fidei erat) uti maluerunt, cùm scirent vulgo nihil incertius, & crebras tq. tempestatum sic sententiarum in eo commutationes esse: ex adverso erectam semper stare rationem, veritatemq; contra hominum ingenia, calliditatem, solertiam, fictasq; omnium injurias facilè seipsam defendere. siquidem

- *nescit sepeliri in pulvere verum.*

Stultus meritò is haberetur, qui ranas primo vere loquaces, & locustas mense Julio stridentes non ferret: ast nihil stultius est homine præser-

tim Principe verba metuente. Odium qui nimium timet, regnare nescit. Viri ergo est, imo Principis rumores populares saluti Reip cum Q. Maximo posthabere. Hic nimirum Æmilio Consuli ad bellum proficiscenti adversus sinistram interpretationem firmitudinem persuasit his verbis: Duobus Ducibus *ajebat*, unus resistas oportet. Resistes a. adversus famam rumoresq; hominum, si satis firmus steteris: si te neq; collegæ vana gloria neq; falsa infamia movebit. Gloriam qui spreverit, veram habebit. Sine timidum pro cauto, tardum pro considerato, imbellem pro perito vocent. Malo te sapiens hostis metuat, quàm stulti Cives laudent. Liv. *L. XXII.* Quod autem mirari ferè oportet, etiam *Nero Cl. Domitianus* Imp. VI. familiæ Cæsarum ultimus, cætera crudelissimus, ut hinc monstrum etiam hominis Suetonio audiat, erga obtrectatores tamen nominis sui ac famæ adeo mi-

tis

tis extitit, ut nihil patientius quàm maledicta & convitia eorum ferret. Idem qui alio tempore à populo sævitiæ insimulatus, verbis & edictis simul ac editis quæ collata in libros indicia cum confessionibus damnatorum conjunxerat, vulgi sermones ac mentem mitigavit. Tac. *XV. A. 73.* quæ cautio ut proba, prudens, optimisq; imitanda Principibus D. Forstnero *ibid.* laudata. *Tiberius* item *Nero* III. à Julio Rom. Imperator, ex patricia gente Claudia, ingens ille simulandi & dissimulandi artifex, quem trepida Civitas (Roma) incusaverat, *quod dum Patres & plebem invalida & inermia contatione ficta ludificetur, dissideat interim miles, neq; duorum adolescentium nondum adulta autoritate comprimi queat. Ire ipsum & opponere majestatem Imperatoriam debuisse: cessuris ubi Principem longa experientia, eundemq; severitatis & munificentiæ summum vidissent. An Augustum* Tac. l. A. 46. 47.

fessa ætate toties in Germanias commeare potuisse : Tiberium ingentem animis sedere in Senatu verba Patrum cavillantem. Satis prospectum urbanæ servituti. Militaribus animis adhibenda fomenta, ut ferre pacem velint. Incautum istud incoctumq; plebis consilium abeundi simulatione potius frustrari, quam suum melioribus rationibus suffultum omittere *maluit*. Comites itineri legit, nusquam gentium abiturus, impedimenta conquisivit, nulli in via impedimento futurus, naves adornavit, portu non ullo soluturus. Perquam similis Neronianæ huic simulationi histrionalis ille Philippi Regis Hispaniarum in Belgium profectionis apparatus olim fuit. De quo postea, quam F. Strada enarrasset, quomodo Tribunos instruxerit, familiam descripserit, perq; Europam Principes de hac sua expeditione monuerit, mox Idem subjungit : *hæc autem quanto cumulaban-

bantur intentius exquisitiusq; tamen minus securitati sed famæ dabantur, in eaq; tam anxia, tam curiosa jam jam proficiscendi sollicitudine nihil profectionis inerat præter speciem. dec. 1. l. 6. p. 191. edit. in 4.

X. Ne autem existimes Nerones saltem, eosq; contemtu omnis infamiæ, qua privatorum etiam interdum virtutes ab aliis maculari permiserunt, populi de se vilipendisse judicia, ipse D. Julius, ipse Augustus & tulere ista & reliquere, qua de re ex Cremutii à *Tacito* recensita oratione constat: ubi addit, haut facilè dixerim moderatione magis an sapientia. Namq; *spreta exolescunt, si insecare agnita videntur.* Quin & Macrobius *Soleo* inquit, *in Augustonal.* IV. A. 34. *Saturl. 11. c. 4. magis mirari quos pertulit jocos, quam ipse quos protulit, quia major est patientiæ quam facundiæ locus, maximè cum æquanimiter aliqua etiam jocis mordacioria pertulit.* Nec minus nostræ ætatis Principes, eorumq; primarii Ministri non solùm

lùm prædictas artes egregiè calluerunt, sed velut ex publicis historiarum monumentis constat easdem quoq; felicissimè exercuerunt. Quippe qui Ludovici Suesarii consilium Adriano VI. Pontifici suppeditatum adprobantes, pro dominationis arcano ac simulacro quodam libertatis reputare solent, maledicendi licentiam obscurorum hominum malitiæ aut indignationi dare, ut cùm Principem aut insignes Viros impunè carpserint, fortunam suam eo vindictæ genere consolantes factis abstineant.

Not. Exempla ap. *D. Forstnerum* videri
in Tac. possunt. Præter illa autem ecce ti-
XIV. bi aliud adhuc & nescio an sine exem-
A. 50. plo, nimir. istius, qui ut *Epitaphium*
ad Se- loquitur *Sorbonicum*, organa cerebri
nec: gemina, vel ut *Vict. Siri* refert tripli-
Ill. *d.* cia habuit, ut sæpe sapiens esset, qui
Ir. c. ut Polycletus canonem fecit, ad quem
22. 23. aliorum Artificum statuæ omnes
ap. Le- examinabantur: ita ipse exemplum
Bleu se præbuit & normam fidelis Ministri
in Lili- Regii
et p. 18.

Regii : qui super *Albornios*, supra *Ximenios*, aliosq; priorum seculorum pietate & armis inclytos Cardinales merito suo MAGNI nomen tacito omnium hominum consensu tulit, ut taceam reliqua elogia queis *Pet. Bertius* Geograph. & Profess. Reg. Gall. ARMANDUM Cardinalem de Richelieu, fidelem Regis Ludovici XIII. Ministrum cohonestavit. Hunc uti nulla unquam pericula [narrat enim idem *Bertius*, exercitatissimos bellorū Duces interpositi nitrati sulphuris fulmina, inter tormentorum muralium tonitrua ab hostibus Rupellanis tempore obsidii explosa, eum intrepide versantem cum stupore milliesadmiratos fuisse]c. XX. ita nec aura vel censura popularis, inimicorumve criminationes à constantia ipsum ac honesto proposito avertunt : sed rupis instar semper immotus stetit, ut nec lentiores nec confusi ipsius in rebus gerendis gradus

in Digest. Not. d agricul. & ger. & exercitatiss. bellorū Duces interpositi nitrati sulphuris fulmina, inter tormentorum muralium tonitrua ab hostibus Rupellanis tempore obsidii explosa, eum intrepide versantem cum stupore milliesadmiratos fuisse]c. XX. ita nec aura vel censura popularis, inimicorumve criminationes à constantia ipsum ac honesto proposito avertunt : sed rupis instar semper immotus stetit, ut nec lentiores nec confusi ipsius in rebus gerendis gradus Fab. Le Bleu Dis. int. & Scip. d. transf. in Afr. bell. n. LVI.

dus conſpecti fuerint. Cui præter illius Succeſſorem *Mazarinum*, (quem non tantum adverſos de ſe ſermones contempſiſſe, ſed & contemnendi eos autorem inſuper Reginæ fuiſſe teſtis eſt *Priolus*) accen-

L. II. d. Reb. Gall. n. 23. Vol. 2. Or. 20.

ſendus hic venit *Hippolytus Cardinalis Eſtenſis*, cujus raram animi magnitudinem ac conſtantiam ornato ſtylo repræſentat *M. A. Muretus illud admirabile* inquiens, *quod cum alii gravisſimi & prudentisſimi homines toto quod ajunt, cœlo ab eo diſſentirent, ipſe adverſus aliorum omnium ſententiam ſuo unius conſilio uſus, ipſo rerum exitu docuit, multo ſe quam illos plura vidiſſe, multoq; prudentius cogitaſſe. Vellicabatur interea invidorum ſermonibus ac rumuſculis, qui modo patientiam illius ac lenitudinem reprehendebant, modo etiam quædam ab eo optimo animo, & ſapientisſimo conſilio facta in deteriorem partem interpretabantur. Quos ille deſpiciens, & operi propoſito conſtanter*

stanter instans, eorum maledicentiam ipso rerum exitu ita refutavit, ut verissimè de eo dici illa possint.

Unus homo nobis cunctando restituit rem,

Non ponebat enim rumores ante salutem,

Ergo magisq; magisq; viri nunc gloria caret.

Virtus enim constantiæ sec. *Valerium* hoc requirit, ut quisquis se aliquid ordine ac recta mente complexum confidit, vel jam gesta si obtrectentur, acriter tueatur, vel nondum editum si interpelletur, sine ulla contatione ad effectum perducat. Illorum igitur exemplo Consiliarios, Legatos, &c. ac reliquos Ministros ad similem constantiam excitari decet, ne improbitate malorum hominum nimis se defatigari permittant. Multis vigiliis in aula ad quietem, multis contemptibus ad honorem pervenitur. Multæ calumniæ perferendæ, antequam ab invidia te liberes, sed patien- *Le Bleu in Lili- et. p. 91*

III. c. 8

patientia & consuetudo dura ista & aspera emollit: cùm præsertim quædam genii proprii, si is ad aulam minus idoneus sit, abolitio, vel saltem attemperatio accedit. Nam qui suo ingenio & arbitrio vivere vult, in aula non proficiet. Carcer est illa, in cujus ingressu deponere necesse est arma, libertatem nimirum, animi sua sorte contenti lætitiam, quietem, nihil verò retinere, quàm patientiam & spem. Sic g. e. Consiliarius inter alia maximè debet cavere, ne à mutatione consiliorum in melius, se revocari patiatur, etiamsi vulgus istud ex more suo inconstantiam aut desultoriam levitatem interpretaretur. Contra tales enim vel sola Tullii sententia tuebitur autoritate. *Nunquam* ait *præstantibus in Rep. gubernanda Viris laudata est in una sententia perpetua mansio: sed ut in navigando tempestati obsequi artis est, etiamsi portum tenere nequeas, cum verò id possis mutata velificatione adse-*

adsequi, stultum est eum tenere cum periculo cursum quem cæperis, potius quàm eo commutato, quo velis tandem pervenire; sic cum omnibus nobis in administranda Rep. propositum esse debeat cum dignitate otium, non idem semper dicere, sed idem spectare debemus. Cedere ergo nonnunquam & mutare sententiam tam est laudabile ac salutare Reip. quàm ex adverso à pertinacibus in consulendo tq. ab infamibus scopulis & præruptis saxis medio in mari fugiendum. Istos v. (Legatos) quod attinet, notum equidem est, eos foris sanctos & inviolabiles haberi (causam istius securitatis omnem à Majestate mittentis arcessit *I. F. Horn.*) at qui aulæ penitus rudes non sunt, in qua passim Briareii dominantur manꝯ ventresq;, Argi oculi, Sphingum ungves, perjuria Laomedontis, Ulyssis argutiæ, Sinonis fallaciæ, fides Polymnestoris & pietas Pigmalionis (ut nesciam quid blandum habeant aulæ, quod

ad

ad talem perniciem homines invitet) simul quoq; compertum habent, quam illi interim atrociſſimis calumniis domi ab adverſariis, quos ſæpius non injuria ſed invidia, pernicioſum optimis telum *Senec. Ep. 74.* ipſis fecit, petantur impuneq; interdum violentur. Qua de re ita ediſſerit Nobil. D. Schütze *Cancellar. Fuldenſ.* cujus verba & vernaculam refero.

Reflect. Pol. conſol. c. V. n. 16.

Da heiſt es denn offt/ Gnädigſter Herr es iſt ſich höchlich zu verwundern/ daß nachdem dieſe E. Durchl. ſo hoch importirende alliance zwiſchen dieſem und jenen geſchloſſen / dieſer oder jener Marche vor ſein und eben E. Durchl. Land treffen ſolle/ dero Abgeſandter gleichwol/ ab ineptiſſimo forſan adulatore præventus vel impeditus) das Geringſte nicht Bericht thue. Ein ander Calumniant fingirt dieſe oder jene en apparence wichtige nouvellen ſolche in geheimb von gewiſſer Hand erfahren zu haben/ betauret dabey/ das J. F. Durchl.

von

von dem Abgesandten so übel bedinet/ und dergleichen (seiner Schuldigkeit zu wieder) in Zeiten nicht avisiret werden. Der dritte resuscitiret eine alte odiose Sache uñ legt all die Schuld auf den Abgesandten; ja es geschicht woll öffters/ daß die der Ambassade zugegäbene Bediente von Post zu Post den Herrn Committenten alle des Legati actiones Thun und Lassen/ und zwar dergestalt benachrichtigen/ das man ihme an statt einer güldenen Kett offt ein Strick an Hals wündschet. Kommt die Post und des Gesandten Pacqueth an/ da ist bald dieses bald jenes nicht recht/ der ein will der Gesandter solte pro deputatione, der ander pro pleno votiret haben. In Summa ein jeder will da Mäuß in Sack jagen/ und der Zeit sich bedienen da der Gesandter abwesend/ und sich gehöriger massen zu Verantworten nicht mächtig ist. & addit. dieses Elend/ Creutz und Wiederwertigkeit haben zu unsern Zeiten erfahren

ren viel wackere / vornehme und erfahrne Leute / die ohn all ihr verschulden anderwerts hero verkleinert / inculpirt und was das bedaurlichste seyn kan / zu keiner Verantwortung niemalen gelassen / sondern ungehört gleich condemnirt worden seyn. Gott tröste diejenige so darüber gestorben / und diese Betrübniß mit ins Grab haben tragen müssen. Hactenus Ille.

Obs. ad Suet. Iul. Cæs. c. 23. add Le Bleu. in Lilienthal. et. p. m. 204 Minist. Richel. p. 476.

Ex quibus verum probatur quod *Zevecotius* alicubi notat. *Multa in absentes statui solere, quæ in præsentes nemo auderet. Autoritas enim illa, quæ homines coram tuetur & commendat, si eos contingit abesse, minimo etiam adversariorum conatu pleruncq; subvertitur.* Hinc absentia nunquam non damnosa visa administratoribus Reip. & aulicos favores possidentibus. Attamen Legatus cui absenti hæc talia evenerint, nihilominus mandata finesq; eorum fideliter observet, nec quidquam illorum quæ ad commodum sui Principis vel

vel ad scopum ipsius conducere videbuntur propterea negligat aut intermittat, sed privata odia ac vindictam potius post commoda Reip. ducat (qvum bonum gentis melius sit quàm bonum unius) vel si certior de injuriis sibi à detrahentibus intentatis factus, reusq; jam constitutus, ac orem se exhibere, & morsui canum eorundem crine & cute ut loquitur D. Schütze *l. c.* mederi satius censeat, quod falsa ex sententia *Corn. Taciti* impetu ac festinatione & incertis valescant, non tamen huc omnes cogitationes & curas penitus referat, sed potissimas negotio sibi commisso reservet ac impendat juxt. *L. Paulus VIII. §. fin. D. d. Legat.* nullus dubitans esse Numen quoddam uti docet *Plutarchus*, quod virtutis malam gratiam expertæ curam gerat. *Gratia est apud Deum, si bene agentes patienter sustinueritis mala.* Pet. *Priori II. 18.* Hinc præter reliquas animi dotes quibus Prudentiores Legatum instructum esse vo-

II. A. 39.

in Camillo.

Fred. d. Marsel. Legat. L. I. c. 33. Not. in Tac. XV. A. 5.

lunt, & fortitudinem quandam constantiamq; animi in ipso requirunt. non solum Ingenio promptum sed & animo constantem oportet esse Legatum inquit *D. Forstnerus* neq; vehementis, inquieti & importunis nomen ac famam suffugere, dummodo heri rebus conducat, & arrogantia aut contumelia honorem illius minimè lædat, ad quem missus est. Insigne admodum durante nupero bello Turcico, exemplum præbuit Excell. *L. Baro de Gois*, S S. Cæs. Maj. ad Osmanidas Legatus; qui indignissimè ab iisdem habitus variisq; injuriis adfectus, statione tamen sua ante peractum negotium abire noluit. de quo vid. *Diar. Europ. part. X.*

XI. Contingit etiam aliquando, ut Populus Ministrum Intimum non tantum odio prosequatur, dumquè passim evaginata linguâ in illum grassatur, infamiam ei comparare studeat, sed & tandem furore qs. quodam in Principem ipsum insurgat, ut

ut nisi eum à se dimittat, grande periculum sit. Quid ergo tùm consilii? *Cl. Boxhornius* hasce subditorum querelas non facilè admittendas esse tradit, adjecta hac ratione, ne licentia populi in summam rerum irrepat, & nulla vis tandem sit illorum Magistratuum, sine quibus supremi non rectè possunt administrare Imperium. Sed nec facile adspernari illas Principem oportet: præsertim si ex gravi causa ortæ fuerint, nec aliter Resp. salva esse queat. Flocci Princeps faciat *inquit* Politicus Orbi satis notus *Virg. Maluezzus*, falsam illam Politicorum regulam, intempestivam Ministrorum degradationem, esse obœdientiæ subditorum se submittere, perpetuam horum de Præfectis inducere querelam, & dominio præjudicare, dum iis si non electio ad minimum tamen confirmatio Ministrorum conceditur, qui postea favorem populi servitio Principis præferunt. Malitia hominum

Instit. Pol. c. VIII. §. 28.

Persequitur. David p. m. 10

vocabula immutavit. Hoc non est obœdire populo, sed exaudire illum: non jactura autoritatis, sed acquisitio amoris; nec per hoc, ubi ex merito quidã ab officio remoti sunt, ad perpetuas querelas subditi inducentur. Unde Hispanorum s. Perezii illud: *Venturoso & reyno cuyo Rey quiere saber las quexas de los suyos:* i. e. Felix Regnum cujus Rex libenter suorum percipit querelas. Idem quoq; probatur autoritate Constantini Imp. *in L. IV. Cod. Theodos. d. accus. L IX. Si quis est cujuscunq; loci ordinis, dignitatis, qui se in quemcunq; Judicum, Comitum, Amicorum vel Palatinorũ meorum aliquid veneriter & manifestè probare posse confidit, quod non integrè atq; justè gessisse videatur, intrepidus & securus accedat, interpellet me, ipse audiam omnia, ipse cognoscã, & si fuerit comprobatum, ipse me vindicabo. Dicat securus & bene sibi conscius dicat: si probaverit, ut dixi, ipse me vindicabo de eo, qui me usq; ad hoc tempus*

tempus simulata integritate deceperit. Illum autem qui hoc prodiderit & comprobaverit, & dignitatibus & rebus augebo. Ita mihi summa Divinitas semper propitia sit &c. Egregia hæc constitutio digna *Chokiero* visa, quæ singulis Principũ portis inscriberetur. Quam nec in cassum Constantin. Imp. tulit, sed in nonnullos Aulæ ministros & nominatim in Sopatrũ singulari ap. eum favore pollentem jussit animadverti. Cui jungi meretur Constantini Imperatoris ad Provinciales Rescriptum in *L. III. C. d. off. Rect. provinc. Justissimos & vigilantissimos Judices publicis acclamationibus collaudandi damus omnibus potestatem, ut honoris eis auctiores proferamus processus, & è contrario injustos & maleficos querelarum vocibus accusandi, ut censuræ nostræ vigor eas absumat. Nam si veræ voces sint, nec ad libidinem per clientelas effusæ, diligenter investigabimus: præfectis prætorio & comitibus qui per provin-*

V. Pol. c. 1. not. n. 14.

rias constituti sunt provincialium nostrorum voces ad nostram scientiam referentibus. quo fine in *Nov. VIII. c. 9.* it. *Nov. XCV. c. 1.* constitutum, ut provinciarum Præsides aliiq; magistratus post depositam administrationem 30. dies in loco quo magistratum gesserunt permaneant, quo pateat omnibus facultas superarapinis aut concussione aliisq; criminibus conveniendi illos. Et simile est Genuensium institutum, apud quos V. viri sunt, *Syndicatorum* nomine, quorum officium est in omnes Magistratus finito officio inquirere, & in malè gestæ Reip. damnatos animadvertere. In Gallia (in qua sæpius ad conciliandos populi & Nobilium animos Ministros exautoratos fuisse constat) cum Rex non adeo pridem staret à partibus Cardin. Mazarini, contra quem Gallia tunc penè tota insurrexerat, se & Regnum non minimis exposuit periculis. Nec *Auriaci* in Belgio ac reliquæ factionis,

Forstn L. II. A. Tac 34. 1.

Anti Machiab. L. I. theor. 2 p. m. 134.

præ-

præsertim *Egmondani* & *Hornani* Comitum, in Cardinalem Granvellanum Margaretæ Gubernatrici ab ipso Rege commendatum, invidia, odium, ac deniq; machinationes cessarunt, donec is à Philippo ægrè quamvis, (vid. literas responsorias Regis ad TriumViros modo nominatos datas, ap. *Stradam*) sed ut hanc quoq; Belgis occasionem subtraheret querelarum atq; disfidii, in Burgundiam evocaretur. Poloniæ quoq; universæ odio quondam adeo laborabat Govoricus Lesci AlbiMinister, ut Principem fastigio suo depellere Proceres minarentur, ni hominem cunctis invisum à se dimitteret. Quibus tamen Lescus Regnum illud minus gratum sibi fore respondit, quod tanti Ministri injuria redimendum sibi proponeretur. Privat se oculis Princeps, qui in negotiis diu versatum Ministrum repudiat. Hinc sanè Lesci, ac Ludovici R. *cujus paulo ante mentionem fecimus*, intererat, *L. IV. d. Bell. Belg. p. m. 94.* *Le Blen in Lit. liet. p. 93. 95.*

eum adversus delatores defendere, Ministrum, qui somno vacuus eo indesinenter vigilabat, ut Principis sui tueretur autoritatem. Ipsi v. Ministro vix licitus erit discessus, ob nexum quo Principi vel statui obstrictus est, inprimis ad regimen si venerit statu rerum tranquillo, quod *Josephus* notavit, inquiens: *Non debet navi tempestate oppressâ desilire, qui ad eam tranquillo mari venit.* L. III. d. Bell. Jud.

Etiamsi ergo Princeps Ministrum de Rep. & se bene meritum, sed fatali quadam violentia populo exosum hujus in gratiam removeat, attamen quoad fieri potest ipsi maneat benignus, nec patiatur illum opprimi ulterius quàm necessitas flagitat. Tali enim adfectu olim *Ximenium* Cardinalem ob Magnatum adversus hunc indies excrescentia odia Carolus V. Imperator dimisit; dum scriptis ad illum literis significatum voluit, se Turdesillas iter instituere: curaret igitur Cardinalis ut ad Mojados Antisti- Le Bleu. d. Adscens. Intim. in aul. & cas. §. 74.

tistitis Segovienſis oppidum occurreret. Unde poſtquam de Reip. rebus in commune egiſſent, conſiliumq; ab eo de privatis rebus componendis totaq; familia conſtituenda ſumpſiſſent, domum quieti ſuæ conſulturus diſcederet. Sat enim laborum pro Rep. ſubiiſſe. Quando nemo mortalis digne tribuere valeret, à DEO Opt. Max. exſpectaret. *Se vero quamdiu vivere daretur, memorem futurum, & ea obſervantia proſequuturum, qua liberi bene inſtituti optimos Parentes proſequi conſueverunt.* Granvellanus item præter ſuam & Regis voluntatem *uti ſ. dictum*, è Belgio retractus, non minori poſtea dignitate à Philippo auctus fuit. Qui memor offenſarum plus abſens in aula & conſilio Regis Belgis & factioni inimicæ nocuit, quàm præſens nocere potuiſſet. Conf. Cyr. Lentul. *dub. 3.*

XII. Quandoquidem ergo Imperantes, eorumq; primarii Miniſtri,

qui pars ſunt corporis *Principalis*, murmura, cavillationes, & maledicta plebis Spartano veluti ſtomacho concoquere debent: annon iterum ſubditorum famam ac honorem pro Autoritate ſ. ut hodiè loquimur Reputatione ſua, proq; Status conſervatione ipſis immolare licebit. Et ſanè ſi ex conſiliis modernorum quorundam Politicorum ſ. Machiavelliſtarum, vel etiam exemplis rem dijudicare velimus, adfirmare hoc ipſum nobis incumbit. Inter illos *Didacus Chaves* à *Silhone* refertur, qui Philippo II. Hiſpan. Regi à ſacris olim confeſſionibus eidem ſuaſor & autor fuit, ut poſtquam Secretarium Jo. Auſtrii *J. d' Eſcovedo* Regi in multis ſuſpectum, per ſicarios (cui hominum generi alio tempore in caput Wilhelmi Principis Auriaci, præter 25000. coronator. Jura quoq; Nobilitatis præmii loco idem propoſuit] jam ſuſtuliſſet, ſupplicio capitis de *Perczio* cujus miniſterio hoc facinus

facinus patraverat, publicè sumpto, tq. hic solus autor Assasinii esset, propriam famam autoritatemq; redimeret. Integram Historiam quomodo nimirum Philippus postquam ingentibus promissis ac minis & vi tandem literas & mandata sua ab eo extorsisset, accusatum à vidua Escovedi Perezium planè deseruerit, nisi fuga sibi consuluisset, Regis facinus infami supplicio expiaturum, ex Thuano & ipsius Perezii Relationibus Hagæ Comitis A. 1596. excusis refert. *D. Forstnerus.* In ea tamen quod Vasco Præsidi tribuit, quasi Philippus ex illius suggestione, judicium post transactionem etiam adversus Perezium instauraverit, Didaco contra adscriptum vult Silhon *en son Ministre d' Estat.* ubi simul etiam judicat, injustè Perezium tormentis à Philippo fuisse subjectum. Nec enim magis licitum esse Principibus, Civibus vel Ministris de se bene meritis honorem ac famam (alumnam & ac-

Not. Pol. in Tac. III. A. 16.

part. II. L. I. Discour. 10. p. m. 152.

ceſſorium virtutis) eripere, quàm ipſam virtutem honeſtatemve, aut exercitium illius prohibere. Verum enim vero quoniam Perezius, qui non tantùm ab initio cædem ſuaſit, ſed & eandem poſtmodum per ſubornatos patravit, pro innocente de quo ſolo hic tamen quæſtio eſt, neutiquam haberi poteſt, [hinc Senatus Rom. occiſo Nerone delatores & miniſtros more majorum puniendos flagitavit Tac. *IV. A. 42.* & in accuſatione Claſici, Plinius poſtquam oſtendiſſet ipſum Claſicum nocentem, ad ſocios & miniſtros ejus tranſiturus, antequam crimen eorum ingrederetur, oſtendit Miniſterium crimen eſſe *III. ep. 9. D. Bæclerus* primo hiſtoriarum Argentorati Profeſſor, nunc quoq; S. Cæſ. Maj. ac Sereniſſ. Electoris Mogunt. Conſiliarius, *in Diſſ. d. Relig. Mandat.*] fato qs. communi ac directione Divinæ Juſtitiæ potius factum, ut malum conſilium conſultori eſſet peſſi-

pesſimum, de quo Claud. Paradin. ſ. Franc. d' Amboiſe ita: *Le mal & punition tombe tousjours ſur ceux qui conſeillent le mal ou enseignent de mal faire, ainſi qu' il en prent és Eſtandars, Enſeignes & Guidons, qui aſsemblans & tirans les gens a la guerre ausſi ſont-ce les premieres pieces en danger, & qui ont mal an.* Tum *Claudianus*

Quam bene diſpoſitum terris, ut dignus iniqui
Fructus conſilii primis autoribus inſtet.
Sic opifex tauri tormentorum q; repertor
Qui funeſta novo fabricaverat æra dolori,
Primus inexpertum Siculo cogente Tyranno
Senſit opus, docuit q; ſuum mugire juvencum.

in ſymb. Heroic p. m. 633

Quemadmodum enim fides in præſentia eos quibus reſiſtit, offendit, deinde ab illis ſuſpicitur laudaturq;

Plin. *III. Ep. 9. ad Minutium.* ita ex adverso graviorum atq; malorum facinorum Ministri principio grati, mox invisi & graves exitio plerumq; subjiciuntur: cum qui improborum aliquo in negotio, operâ utuntur, eodem fere adversus eos adfectos esse modo videas, sicut hi sunt, qui virus aut fel à bestia petunt. Quippe usum in accipiendo eo gratum cum habeant, malitiam bestiæ re peracta oderunt. Idq; vel ex eadem causa, quam s. in Philippo Rege dedimus, dum Principes invidiam facti quod mandaverant, amoliri & in mandatarios derivare coguntur: ob quam & Cæsar Borgias Dux Valentinus, crudelissimus hominum Remirum d' Orco Præfectum Cæsenatem, quo præcipuo tyrannidis instrumento usus fuerat, capite plecti jussit, ut omnium quæ crudeliter ipse egissset, reum, quo facto totius Romaniæ amorem sibi conciliavit. Et Ferdinandus II. Imp. Ducis Fridlandini

Plutarch. in Vit. Romul.

dini & conjuratorum trucidatorum invidiam *Butlero*, *Gordono*, *Leslæo*, Scotis adstruxit, *vel* odio metuq; Principis, à quo istiusmodi scelerum exeqvutores qs. exprobrantes & ut detecturi aliquando fraudem adspiciuntur. Tac. *I. A. 6. XIV. A. 62.* ubi Aniceti exstat mentio, qui percussor Agrippinæ levi post admissum scelus gratia, dein graviori odio fuit. *Vel* deniq; quod supervenientibus aliis ad eadem vel majora facinora paratis, Principes mox tœdium priorum capere soleat. Quomodo Tiberius scelerum ministros ut perverti ab aliis nolebat, ita plerumq; satiatus & oblatis in eandem operam recentibus, veteres & prægraves adflixit. Tac. *IV. A. 71.* Discant hinc Ministri Principum ejusmodi flagitiosa pariter ac pernicioſa ministeria summo studio vitare cum Grecino ap. eund. Tac. *in Agric. c. 4.* & ne denegare ista mortemq; aut insidias propterea extimescere aut sustinere cogantur,

Prin-

Principi intuta inhoneſtaq; talia mandanti perſuadere exequendis ſe impares eſſe, vel ſi ulterius is pertendat, maturè alio concedere & ſecuritati ſuæ conſulere, usq; dum aut interceſſione aut tractu temporis, & abſentia offendentis, Principis ira deferbuerit. D. Boſius *d. Diſſ.*

XIII. Innoxii igitur neq; infando ejusmodi miniſterio addicti tantummodo ſub diſquiſitionem hic veniunt, an perinde in famam uti in bona ipſorum jus quoddam Eminens Principi competat, & vel proprii commodi & autoritatis vel etiam communis ſalutis tuendæ cauſâ, quovis modo eandem expungere & interneciōni qs. dare liceat. Notat enim *Freder. d. Marſelaer.* ſolere ea quæ mandantur Legatis, obſcurioribus ſubinde verbis involvi, & hujus inſtructionis ambiguæ interdum eſſe uſum, dum ſuper rebus magni momenti pacta ineuntur, vel mali res exempliatq; facinoris jubetur: nim

in Legat. *Lib.* II *Diſſ.* 3.

mirum si quid perperam atq; inconsulto inceptum aut indultum esse, postea experientia docuerit, rescisio jure videbitur postulari & in Legatum [NB.] summa verti. D. Bœclerus *in Diss. d. Dom. Emin.* quantum attinet salutem totius Reip. quærit, an Civitati belli vel etiam excidii vitandi causa civem libidini alicujus Tyranni dedere liceat, ad exemplum *Mauregati*, qui ratione pactorum sed pudendorum, (nefarium & ignominiosum Christiano nomine *Mariana* hoc pactum vocat) L. Nobiles puellas ac totidem plebejas libidini Arabum annui tributi nomine dedit. Quanquam alii in matrimonium concessas Saracenis puellas, tradunt. Tantum v. abest id ut permittat, ut potius quæ ad unius Civis pudicitiam tuendam bella geruntur, pia justaq; appellet, inq; pudicitiam ac honestatem Civium jus aliud nullum Civitati nisi ad tuendam concedat, utpote quorum gratia & ut salva cuiq; essent,

Li VII c. 7.

sent, Civitates institutæ sint. Vixq; aliter de fama, honore atq; existimatione eorum sentire poterat, quorum puta innocentiũ vitam [secus namq; se habet si sontes ac scelerati capite aut vita plectantur] destinato proposito perdere, Principi aut summæ potestati vel utilitatis publicæ causa haud licere pariter *d. l.* affirmat. Potest quidem Imperans subditi caput periculis objicere: sed periculum non statim absumit contratendentem bellatorem. Victoriæ spes educit militem, non perdendi consilium. Imo tunc etiam quando selectos primo aut periculosissimo loco Majestas statuit, virtuti eorum præ cæteris fidit, ac spem victoriæ in eorum robore ponit. Nam Uriam mucroni Ammonitarum proditorio sc. animo exponere, aut Davidem spe Regii matrimonii in Palæstinos protrudere, facta quidem Regum sunt sed graviter delinquentium. At famæ & existimationis metus bonis

I. F. Horn d. Civit. L. II. c. 2. n. 19.

Id. d. c. n. 16 Lentul dub. XXVI p. 74.

nis Viris major quàm mortis esse debet. Bona & integra fama omnibus mundi thesauris præferenda. Proverb. *XXII. 1.* Syr. *XLII. 15.* quæ juxta *Baldum* est thesaurus hominis inæstimabilis & sicut lilium suavitatem odoris tribuens. Eccles. *VII. 2.* in cujus odore delectari debemus. *c. licet in beato Petro 14. X. d. 652. accus.* Hinc illud tritum: *Fama & vita pari passu ambulant.* It. *Causa famæ & honoris æquiparatur vitæ.* ita ut crudelis dicatur, qui famam negligit. *c. nolo caus. 12. q. 1.* *in l. 1. C. d. confes. col. 5. p. m.*

XIV. Quod si ergo salutis publicæ causa cujus tantus aliàs favor esse solet, pudicitiam ac famam alienæ libidini exponere non licet, quanto minus autoritatem propriam alterio planè innocentis probro ac ludibrio redimere, Principi fas erit. *Silhon,* quemadmodum in plurimis aliis videl. quæ æterna honestatis ratio divinaq; Lex damnavit, ita etiam in his tq. fædis, quæ ne patriæ quidem causa

d. I. B. in prolog. causa facienda nonnemo dixit, teste H. Grotio, imperium omne quiescere *loc sup. cit.* tradit. Verba ejus hæc sunt. *Comme il est certain que le Prince n' a pas droit, de devenir pariures, sacrileges, adulteres &c. il est probable qu' il n' pas la faculté d' exiger d' eux qu' ils laissent Souiller leur nom & tacher leur memoire du deshonneur qui rejallit de ces crimes & beaucoup moins de les exposer pour sauver sa Reputation, aux tourmens & aux supplices dont on punit les veritables criminels, comme Perez y fut exposé par l' auis du Confesseur de Philippe.* Firmat autem hanc suam opinionem sequentibus rationbus *Le fondement sur lequel l' appuye mon opinion, est celuy-cy: d' autant que les Souuerains n' ayans point communement d' autre puissance sur les sujets que celle qu' ils leur ont transportée, ny de droit qu' ils n' ayent receux d' eux; Il ya de l' apparence qu' ils n' ont point entendu*

du leur laisser la disposition de leur honneur, comme ils leur ont soumis leurs biens & leurs vies: ny se dessaisir pour l'amour d'eux de cette belle possession & de ce riche heritage qu'ils recueillent de leur vertu, comme ils se sont des pouillez de la liberté qu'ils ont reçeu de le Nature. Cela se confirme par cette consideration, qui me semble concluante, qui est, que le bien & la vie des peuples estant commis a la garde des Souverains & enfermez dans le benefice de la protection qu'ils leur doiuent rendre: & que ceux-cy estans obligés de veiller pour leur seureté, & de les preserver des usurpations des avares & de la force des violens; Il n'estoit que trop raisonnable, que pour s'acquiter de ce devoir & remplir cette obligation ils fussent armez de la force des particuliers, & secourus de leurs richesses, & qu'ils pussent employer une partie de celles-cy pour conserver la reste, & exposer un peu

de

de vies pour en asſerer une infinité. Mais il n' eſt pas de meſme du veritable Honneur de l' homme, & de cette juſte eſtime qui ſuit naturellement l' exercice de la probité & des autres devoirs neceſſaires de chaque condition. Comme il n' a pas beſoin de l' authorité du Souverain pour ſe conſerver, mais de cauſes qui les pro duiſent & ne vient pas moins ſous la violence d' un Tyran, que ſous l' Empire d' un Prince juſte & ſans l' intervention des Loix, que s' il y avoit des Loix qui l' ordonnaſſent. Ce n' eſt pas dis-je merveille, ſi pour cette conſideration comme il' n' entre point dans la fin de l' Inſtitution des Souverains; il n' eſt pas auſſi compri ſous l' eſtendüe de leur puiſſance & s' ils n' ont pas droit de le ſacrifier a la neceſſité publique, comme les biens & les vies de leurs ſujets, dont ils ont pri la protection & la tutelle.

Quorum verborum hæc *ſumma* eſt: Principes tantam ferme uſurpare poteſta-

potestatem in subditos, quantam hi in semetipsos illis permittere atq; transferre voluerunt. Verosimile a non esse eandem potestatem ac facultatem quæ in bona, pariter in famam s. existimationem populi, Principi concessam fuisse. Bona siquidem ac facultates subditorum cùm Princeps tueri atq; defendere teneatur, merito quoq; easdem Dominio ipsius *Eminenti* subjectas esse, ut partem interdum earum alienare queat quo reliqua pacata & salva retineantur. Secus a. cum fama ac honore parentium comparatum esse, quæ sicuti ex actionibus privatorum prout illæ vel honestæ vel turpes fuerint crescunt aut diminuuntur, finem v. Institutionis alicujus Principis minimè ingrediuntur, nec tam illius autoritate legumve præsidio, quam ipsius Virtutis ac honestatis opus habent, ita nec Imperantium potestati perinde ut bona Civium subjacere posse vel debere.

XV.

XV. Equidem *Bartolus* & *Baldus* Juris Antistites illustres, aliiq; Interpretum, occasione *L. fin. §. Titius D. d. pignor. act. & L. fin. C. d. exec. rei jud.* Officialem non solum bovem aut asinum privati ad ducendum facinorosum ad locum supplicii capere, verùm etiam ipsum hominem privatum compellere posse docent, ut officium Justitiæ extremum in damnato exequatur. Verum quis non statim deprehendit, quàm longo hæc intervallo ab iis quæ hactenus disceptata nobis sunt, & à vera ignominia distent Si enim honestum est Judices in facinorosos capitalem ferre sententiam, cur non & justum & honestum eandem sententiam exsequi? quod argumentum est Pet. Martyris. Quales exeqvutores ac Ministros Justitiæ quos Carnifices Germ. Nach- oder Scharff-Richter vocamus, etiam pictoribus, statuariis sculptoribus, pigmentariis, tibicinibus, histrionibus, saltatoribus, arenariis,

IV. Loc. comm. 14. C. d Carnif

riis, agitatoribus, ludionibus, pantomimis scenicis longè præferendos censet *Bodinus*, addita hac ratione, quod hi sordidissimis artibus, turpi umq; aut inanium voluptatum efficientibus non modo Civium mores corrumpant, sed etiam Civitates ipsas funditus evertant : carnifices vero egerendis sordibus ac lustrandis Civibus necessarii sint. Hinc teste eodem *in Anglia*, proximi cujusq; parentum, fratrum, propinquorum qui modo in crucem aguntur, extremum pietatis officium est, agere carnificium, iisq; de trabe humili pendentibus gulam frangere. Hebræorum v. legibus eosdem quos testes & legum exeqvutores in capitalibus criminibus habere non inhonestum, nec fontes necare ignominiosum fuit. Deut. *XVII. 7. XIX. 6. 12. XXV. 2.* In quibusdam etiam locis Franciæ Orientalis moris fuit, ut qui novissimè Civium uxorem duxisset, furem suspenderet : quod Generosum Co-

III. d. Rep. 8. p. m. 576.

mitem Cunradum Castelli in sua ditione ita observari retulisse sibi notat
L. I. Oper. Hist. c. 26. p. 398. p. 402. *Camerarius*. Et ap. Persas homicida adversariis traditur occisi, qui Carnificis operam in illo exercent, prout refert Olearius *Itiner. Pers.* Idem Autor narrat, quod cùm Rex aliquando aures cuidam præsecari jussisset, Supremus Marescallus Mortesaculi Chan relictam ab Executore partem aurium in capite damnati animadvertens, eandem protinus postquam equo descendisset, cultro suo defalcaverit. Quod autem nostris moribus Carnifices cæterorum inprimis vero honestiorum consortio ac conversatione prorsus indigni velutq; execrabiles habentur, non tam ex munere ipsorum quàm abusu ejus provenit, de quo *Damhouderius*:
Prax. Crim. Rer. c. CLIII. n. 6. *Plerumq; Carnifices non Zelo Justitiæ, neq; cum tanta commiseratione officium suum exercent, quæ ipsos deceret & amabiliores redderet, sed omnibus sceleribus inquinatissimi in sibi*

sibi commissos patientes reos desæviunt, ipsos tractant, raptant, perdunt & mactant, non secus quàm si beluam conficerent, & in tam crudeli ac tyrannicæ exequutione gloriantur. Reis interim merita supplicia exprobrantes, & æquo sævius & citius abripientes, non secus quàm si propriæ bili potius inservirent, & affectibus quam nationi justitiæ mandatrici. Atq; ideo evenit, ut ipsi non tantum exosi, sed etiam crudelissimi Tyranni habeantur, adeo ut quoties Virum crudelem indicare cupimus eum Carnificem exclamemus. Accedit quod quamvis in justa causa tamen inauspicati occursus habeantur per quos hominum sanguis effunditur. Qua de causa ap. Romanos fortuitus interventus Lictoris aut Carnificis, dirimendis comitiis ansam præbebat. Multum tamen quoq; opinio hîc sibi permittit, causas judicii à consuetudine, non â ratione & vero ponderans. Idem *Silhon* per-

Lētul. Pol. part. 2 p. 647.

git deinceps quærere. Annon ergo ſponte ſua id quod Principi hactenus denegaverat, ſubditis liceat? Quæ tamen quæſtio adeo ipſi dubia atq; difficilis videtur, ut ferè nihil circa eandem definitum velit, ſed Lectorem incertum à ſe dimittat. Ita enim ille. *I' avoüe que cette difficulté me paroit ſi grande, que je n' oſerois entreprendre de la decider, & que ie voy tant des raiſons de part & d' autre, & d' une force ſi esgale, qu' elles me balancent l' eſprit, & m' empechent de prendre party.* D. Bœclerus a. nec ſingulis Civibus honeſtati ſuæ vim facere licere, neq; ullam neceſſitatem idipſum imperare poſſe diſertim profitetur. Ad nulla ſiquidem tenetur opera Civis vel ex præſcripto charitatis, vel officio, ad quæ cogi non poteſt. Ubi ceſſat imperium compulſivum, ibi obligatio ſubditi nulla ſubeſt. Sed miſſa in præſens hac quæſtione, ad priorem cum magis huc pertineat, revertor.

I. F. Horn. L. II. d. Civit. c. 2. n. 10.

XVI.

XVI. Quod igitur Principes Syndicatui subjectos vulgi scommata & iniquissimas censuras magno animo patienterq; ferre ac dissimulare oportere, in præcedentibus judicavi, ex eo minime inferendum venit, quod Cives propterea ex destinato consilio ac decreto Principis, & vel ipsius vel Reip. causa, honoris & famæ dispendium & jacturam s. ignominiam præter meritum pati teneantur. Quippe talis illatio præsupponit infamiam in Principe, cùm tamen ne privatis quidem per convitia ac contumelias æquè privatorum fama revera auferatur, neq; infamia inferatur. Sed hæc proprias suas causas habet, & existimatio nostra, quæ est finitore *Callistrato*, dignitatis illesæ status legibus & moribus comprobatus, non nisi ex delicto nostro legum autoritate aut minuitur aut consumitur. Hinc *Tullius* perditi profligatiq; hominis maledictis nullius gloriam, famam, dignitatemq; *Fritsch. II. d. existim. c. 10. n. 6.* *Orat. d. Arusp. resp.*

violari. Hinc etiam plus verberum quam infamiæ metui in jure tribuitur. *L. III. f. D. quod met. c. L. VII. pr. D. eod.* Malè profecto inquit *Wissenbachio* [quem solidi judicii JCtum nominat Pacif. à Lapide *not. & stri-ctur. ad Seuer. d. Monzamb. c. IV. p. 383.*] nobiscum ageretur, si secunda alicujus fama & existimatio penderet à libidine hominum maleferiatorum & vespillonum pietatis ac probitatis: quorum hoc seculum nimium quantum deprehenditur ferax. *addizo hoc monito*, quisquis es bonæ famæ mysta, animi integritate involutus, contemne nequam seculi dicteria. Et quamvis ex sententia *Petrarchi* fama hominis sit res delicatissima, & quæ sæpè rubiginem levibus contrahat ex causis, utq; nihil clarius fama est, sic nihil obscurari pronius, nilq; peregrinarum, ut sic dicam, capacius impressionum: quapropter M. Regis assentator *quidlibet in adversarios confingendum* monebat,

Bachov. in prol. ad h. t. c. 1. n. 4. p. 980. ad L. 184. D. d. R. L. 2.

ut

ut enim vulnus maximè sanet, manere cicatricem: est tamen longè superior atq; excelsior Imperantium conditio, quàm ut injuria adfici possint, similes Olympo, cujus vertex

Celsior exsurgit pluviis auditq; ruentes
Sub pedibus nimbos, & nuca tonitrua calcat.

vel etiam Soli, cui nihil adspergitur macularum, si quis radios ejus luto respergere conatur. Non magnum esse animum Vir Prudens judicat, quem incurvat calumnia, sibiq; certissimè persuadet, parcere, tolerare, mansuetudinis esse, indulgentiæ & moderationis, esse Camilli, Aristidæ, Socratis opus: mordere vero muscas & formicas, pusillosq; homines sal-tem mordentem repetere solere. Quanto magis igitur Principis, cujus fortuna ac dignitas supra linguas & morsus hominum, erit, non imitari Agesilaum, qui ad Minervæ aram

Bardorf in f. Vir. Prud.

dum bovem immolaret, à pediculo morsus, in conspectu omnium eundem arripuit, & *Per Deos jucundum est ulcisci insidiatorem etiam ponè aram*, inquiens, cum dicto interfecit: nec lubricum linguæ ad pœnam facilè trahere, vel exitium aut necem statim moliri, si unus & alter de fece vulgi, vappæ & quisquiliæ hominum lingua paulo liberius utantur, sed vana à sceleſtis, dicta à maleficiis discernere. Non nimium inquirunt vel indignantur Imperantes, esse aliquos qui malè de ipsis loquantur, satis enim est si hoc habent, ne quis illis (utpote sanctum oleum ut dicitur de sclopetis, secum ferentibus) male facere possit; quemadmodum Tiberium Augustus Suet. *in ei. vit. n. 51.* huncq; iterum Livia admonuit ap. L. LV. *Dionem. Hæc hominum est sententia* ait, *privato omnes injurias esse persequendas, ne vel contemptui inde habeatur vel opprimatur: Principem v. debere ea quæ in publicam rem pec-*

peccantur, ulciſci, privatim in ſe admiſſa tolerare, quum qui ita deliquerint, neq; ex contemptu neq; ex incurſu poſſint ipſum tanta ſeptum cuſtodia damno afficere. Hoc Principis adverſus calumnias officium laudatiſſimi Impp. Theodoſius, Arcadius & Honorius in *L. un. Si quis Imp. maledix.* exprimunt his verbis: *Si quis modeſtiæ neſcius & pudoris ignarus improbo petulantiq; maledicto nomina noſtra crediderit laceſſenda, ac temulentia turbulentus obtrectator temporum noſtrorum fuerit, eum pœnæ nolumus ſubjugari, neq; durum aliquid nec aſperum volumus ſuſtinere. Quoniam ſi id ex levitate proceſſerit, contemnendum: ſi inſania, miſeratione digniſſimum: ſi ab injuria, remittendum.* Quam conſtitutionem Lentulus *in Arcan. Regn.* è *Tac.* magni animi & à generoſa mente profectam, Schutzius *in Reflex.* mirabilem, Forſtnerus deniq; *in not. ſ. ad Tac.* auream appellat.

Adeo nimirum benigna ac mitis est, ut quod Scipio Gentilis ait, propemodum ad ostentationem clementiæ scripta videri possit.

XVII. Nec tamen callum penitus ad omnia detrahentium verba Princeps obducat, aut singula maledicta etiam Reip. noxia contemptu vindicet, & modo adducta constitutio in sequentibus aliud innuere videtur, ex personæ sc. & facti qualitate dicta hominum pensanda esse, animm. prætermitti an v. exquiri debeant. Licet negligere Principi, ait *Forstnerus*, leves & velut privatas injurias, faciei vitium, calvitium, ventris obesitatem, raros pedes, secretos amores & noctium ingenia; tenacitatem quoq; aut ex diverso nimiam pecuniarum profusionem, aulæq; & aulicorum ingenia festivè magis quàm acerbè traducere, impune sit. At contumelias in Remp. redundantes negligere, quibus Principum consilia & dominationis arcana sacrile-

Not. in Tac. XIV. A. 50.

ga-

gâ temeritate vulgo proſtituuntur, ut in odium aut contemptum populi Princeps adducatur, id verò acerrime puniri tranquillitatis publicæ intereſt. *Hæc illæ.* Non omnis παῤῥησία ferenda, ſed à qua contumacia, contemptus in ſolentia ac periculum abſit. *Regum Ducumq; clementia non in ipſorum modo ſed etiam in illorum qui parent, ingeniis ſita eſt. Obſequio mitigantur Imperia, ubi vero reverentia exceſſit animis & ſumma imis confundimus, vi opus eſt, ut vis repellatur.* Curt. *VIII. 8.* Eadem mens Taciti, *contumacia inferiorum lenitatem Imperantis deminui.* Nec alia Marcelli Eprii apud eundem, Helvid. Priſcum monentis, *quomodo peſſimis Principibus ſine fine dominationem, ita quamvis optimis, modum libertatis placere.* Qui Priſcus quam imprudenter ſe hac parte geſſerit, ex unico exemplo ab *Ariano* relato adparet. Miſerat XVI. *A. 28.* IV. *H. 8.*

in Epict. L. 1. c. 2. Bos. d. har. beat. Resp. §. 16.

ad eum Vespasianus, *ne in Senatum veniret.* Cui Ille respondit: *Penes te est ne Senatorem me esse patiaris: eousq; necesse est me Senatum ingredi.* Regerente Vespasiano: *Age, ingredere, at ingressus tace: Ne me roga,* ait, *& tacebo. At oportet me rogare,* inquit, Imperator. Tum ille: *Et mihi dicendum est, quod justum videtur.* Rursus Vespasianus: *At si dixeris, ego occidam te.* Cui Priscus: *Quando igitur dixi tibi me immortalem esse? & tu facis quod tuum est, & ego, quod meum. Tuum est occidere, meum impavide mori: tuum, in exilium mittere, meum, exire haud tristem.* Prædicta si observasset Clytus, sine dubio tam violenta atq; celeri morte sublatus minime fuisset. De quo M. ille nomine ac virtute Alexander ap. Curtium *d. c. n. 7.* Clytus utinam non coegisset me sibi irasci, cujus temerariam linguam probra dicentem mihi & vobis diutius tuli, quàm ille eadem me dicentem

tem tuliſſet. Inprimis autem ſi verba maledictionis ſint ſeditioſa, quibus ad arma populus concitatur, vel turbulentæ acclamationes fiant, quibus ſalus Principis vel Reip. periclitetur, quales ſunt *moriatur vel occidatur Princeps. Libertas, Libertas &c.* Et ſub L. Maj. ejusq; coercione ſevera comprehenduntur, autores peſſimi hujus criminis omnium peccatorum *Nov. XXII. c. 15.* quos Phreneticis comparat *Boerius*, ſub principio ſtatim conquirendi ac graviter puniendi. Nam cætera maleficia tùm perſequare cum facta ſunt, hoc niſi prævideris ne accidat, ubi ſedit evenerit, judicia fruſtra implores, uti contra Catilinarios Cato ap. Saluſtium diſceptat. Quam pulcherrimam ſententiam vel Catonem, vel Saluſtium ex oratione Lycurgi Oratoris adverſus Leocratem quendam proditionis reum, mutuatum eſſe, Scip. Gentilis obſervat. Hinc jam olim quoq; in libera Rom. Rep. Lex

Mev. Diſc. Pol. XIII.
ex I. A Tac. th. 260 f.
Tr. d. I. n. 10.
L. I. d. conjur p. 38.

Majestatis adversus seditiosos tales usurpata. Tac. *I. A.* 72. Hodie v. etiam filii eorum (circa filias siquidem propter sexus infirmitatem minus ausuras mitior est sententia) non paterna saltem verùm & materna, avita proximorumq; omnium hereditate alieni esse jubentur, nec quidquam ex testamentis extraneorum capiunt: quin & præterea portæ dignitatum ac honoris ipsis planè præcluduntur. Cujus constitutionis rigor an cum superius traditis de fama privatorum non imminuenda, vel cum æquitate naturali aut Lege Divina pugnet, ex seqq. mox adparebit. Multi non infimi nominis JCti & inter eos H. Grotius, id vocunt, quod sec. Ligurin

L. V. 3. ad L. Iul. Maj. A. B. c. XXIV

L. II. d. I. B. 21. 13.

- *Insontes culpa nocentum*
Non trahat, ex propriis justo sub Judice factis
Præmia seu pœnas meritorum quisq; reportet.

atq; ideo dictam Constitutionem reprobant acriterq; oppugnant. Quorum παῤῥησία an item tolerari vel excusari queat valde dubito. Sit nobis illud Pytagoræ in mente. εὐφημον εἶναι δεῖ περὶ ἔ ἡρώϖ γενες. Cumque Fr. Vallesio *d. sacr. Philos.* inic. XXXII qvum ducamus censere in legibus Civilibus esse aliquid futile, nedum impium. Primò igitur quod attinet confiscationem bonorum, (s. ut loquitur *L.I.C. d. petit. bon. subl.* quod fiscus bona Reorum Majestatis sicut plectendi consuetudo criminis habet, invadat) plurima quidem inde & maxima incommoda in liberos derivantur, neutiquam tamen præterquam in solis Parentibus ut pœna considerari potest ac debet, qui etsi maximè velint, hereditatem tamen & bona (quando omnia ob delictum jam amiserunt) in illos transferre nequeunt; dumq; ita nihil suis relinqvunt, in quod succedant, magis in eorum personis quàm in se-

met-

metipsis adfliguntur. Quippe commune Parentum est votum, iiq; naturaliter appetunt bonorum suorum liberos relinquere heredes. Ut proinde frustra sit Interpretum cavillatio ac si contra justitiam & humanitatem liberi in d. constitutione puniantur, cum Parentibus ipsorumq; crimini tam execrando, quo gravem istiusmodi pœnam ipsi sibi contraxerunt, unicè imputandum sit à liberis, quod sicut al np. in levioribus Parentum delictis pro parte, ita ex hoc atroci admisso omnibus in universum bonis exuantur. Nec officere debet quod liberi vivo Parente Domini quodammodo bonorum ipsius existimantur. Inde Ausonius. *Æidyl. 4.*

Justa quidem series Patri succedere, verùm,
Esse simul Dominos, gratior ordo piis.

Et in Comœdiis passim servi filios Dominorum, heros minores vocant,

νεωτέρως δεσπότας. Dominium enim tale (καὶ ἐλπίδα vocant) impropriè sic dicitur. Vel quod ipsa Natura Lex parentum hereditatem liberis addicit. *L. VII. D. d. bon. damn. L. scri-pto. D. unde lib. Nov. I. in præf. primum itaq; & secund. naturam.* Unde Apostolus *ad Gal. IV. 7. Si filius, ergo heres.* Id enim pertinet tantum ad ipsos Parentes, quod Naturæ vim qs. inferant, si liberis exclusis alios in heredes eligant: minimè v. exinde sequitur, quod Legislator non possit Parenti universa bona confiscare, cùm eidem confiscationi in casibus etiam non exceptis nonnunquam pro atrocitate delicti locus esse possit arbitrio judicantis, sive supremus Judex sit, s. ex inferioribus, dummodo jus confiscandi habeat. Præjudicium extat ap. *Boerium*, qui Seneschallum Agenensem, militis cujusdam bona h. ob causam publicasse refert, quod Nobilem quendam ipsum

§. *Reink. d. retract. concl. 2. n. 425. seq. Ant. Fab. Cod. Sa-baud. L. V. t. 3. d. 3. n. 8. Decis. Burdeg. CCLXIV. 15. f.*

ipsum in domo sua visitantem interconf. Rumel ad A. B p. III. D 4. th. 9 in ad-dit. fecisset. Accedit quod non planè injustum ducendum sit, si ob alterius culpam quis puniatur. Et nunquid non S. pagina (Jerem. c. V. & XXXI.) filios malorum delicta portasse asserit? Princeps v. suo quoq; modo Deus est in terris. Quod verò Liberi Reorum Majestatis, etiam à materna proximorumq; hereditate arceantur, imo intestabiles penitus sint, *& cujus longe alia ac diversa ratio est atq; illius, quod de fama subditorum & quidem prorsus innocentium, qui nec ipsi ullius atrocis criminis rei vel suspecti, nec degenere improbato ut cum* Dyno *loquar, sunt, in superioribus propositum fuit:* ad nullos honores perveniant, illud potissimum in securitatem Imperantium introductum, ne honore & opibus armaturis sæpe viribus suis temeritatem & vindictam, conspicui paterni criminis fiant heredes. Siquidem periculo

§. Forstn. hypom. IX. Natt. cons. CXIX. n. 1. Kohl. tr. d. subfeud. c. IV. n. 54.

periculosa est Reip. in ejusmodi criminibus paternæ ferociæ ac culpæ continuatio, quam Lex in filiis non abs re suspicatur & timet.

Generosa in ortus semina exsurgunt suos.

Et pauci filii patribus meliores sunt, plures pejores inventi fuerunt. Val. M. *III. c. 5.* ut meritò Principes dum vitam aliarum Gentium exemplo eripere ipsis noluerunt, hoc pacto sibi caveant, quibus ut ille olim conquerebatur Rom. Imperator, de conjuratione raro creditur nisi occisis. Talesq; quos vel vera vel credita culpa semel à Republica submovit, temere amplius admovendos non esse *Zevecotius* docet. Instant, quare igitur, dispositio h. Constitutionis praxi non amplius observatur? Imo vero. Tametsi enim non diffiteamur Principes interdum cum injurias & Majestatis crimen ulti sunt, ne opum magnitudo & avaritia sua reo exitium attulisse dici possit, bona damnatorum

§. *Feldenus Ebendas. Jur. Vniv. p. II. memb. 35. p. 3. art. 1. n. 2.*

In Cas. p. 142.

torum liberis vel agnatis transmittere solere : quoties ipsa necessitas & utilitas Reip. quæ à *Jacob. Gothofredo* causa h. nostræ constitutionis impulsiva dicitur, Majestatis damnatorum liberos, præsertim filios, à patria exulare & pristinis abolitis, aliud nomen aliaq; insignia assumere, ad huc dum cogit & imperat ? quod ipsum à Romanis posteritas ad alias gentes transtulit. v. D. Mev. *D. IV. ex II. A. Tac. n. 78.* Nisi enim Acta publica fallunt, *Francisco Comiti de Nadasti* unà cum *Petr. Serinio, Frangypano* & *Jo. Ernesto, Comite à Rheinstein & Tattenbach* rebellionis ac perduellionis superiori anno adversus hodiernum Imp. Leopoldum, convicto damnatoq;, præter supplicium capitis, bonorumq; omnium confiscationem, ea quoq; nota ignominiosa inusta fuit, ne liberis imposterum nomen paternum usurpare liceret, sed *ab Hornstein*, vel ut alii volunt, *von der Gnade*, vocarentur, quibus

Quibus addi potest sententia in Supremo Regis Daniæ Parlamento in puncto Criminis L. Majestatis die 24. Julii A. 1663. lata ap. Jo. Philippi *Usu Pract. L. IV. §. 3. ecl. 80. p. 1003.* in hac siquidem perpetuum exilium liberis C. C. a. U indictum. Quod v. *Budæus* & cæteri Arcadium Imp. pœnitentia ductum toties allegatam Legem V. per L. XXII. C. d. Pœn. abrogasse defendunt, non patitur Anton. Matth. *tr. d. Crimin. ad Lib. XLVIII. Dig. Tit. 2. c. 3. n. 11. p. 351.*

XVIII. Sed nec illorum temeritas impunita transmitti debet, qui calamo ac scriptis seditiosis Remp. turbant, nec tantum per ea gloriam ac famam Principis, quantum in ipsis est depeculantur, verúm etiam debitum eidem Civium amorem suffurantur & ad se pertrahunt. Quorum seculum nostrum hem! nimium ferax est, ut Magnif. D. Cancellar. Schúz ejusmodi labores inter ea referre non dubitet, quibus ater Auri-

praef. Vol. I. d. Stat. Rei. Rom.

gâ ex Orco vehiculum suum hisce temporibus onerare solet. Tantum sc. genius nostrorum à Majorum isto degeneravit, qui de potestate Principum disputantes ex pravè intellecta *L. III. C. d. crim. sacril.* sacrilegium incurrere olim arbitrabantur. Ut pro veteri incuria nimia hodie luxuriet curiositas, imo nefaria quædam levitas, impudentia ac temeritas. Equidē non tantum permissum sed & ipsius intereſt Reip. de potestate Principis hac ratione disputare, ut sua ipsi dignitas suum jus servetur, quod noceant ejusmodi injuriæ saltem exemplo, & iniqvum ferendo licentiæ impunitate muniant qs. viam uti docet *D. Conringus Assert. Jur. Mogunt. in cor. Reg. R.* & recte faciunt qui ordinem & dignitatem Statuum conservare studeant: imo magis etiam ex sententia *Chassanæi* probandi sunt, qui pro statûs dignitate conservanda pugnant, quàm cæteri JCti. Tùm etiam indagine Scholasti-

d. gl. M. p. 2 conſ. 20.

lastica de eadem Principis Potestate disserere causa inquirendæ veritatis, item q; leges publicas constitutiones que Imp. sobriè ac modestissimè interpretari quidni liceat. Prorsus enim Domitiana quæstio est, explosione magis quam decisione digna, *An Jus Publicum in Academiis vel publicè tractare, licitum sit.* Et frustra imò de ridiculo totius Juris Civilis [sub quo etiam Jus P. continetur] cognitionem nobis comparare juberemur, nisi ut facere idipsum liceret, jam tum foret vel maximè permissum.. *conf. hac de re* D. Eyben, quem Virum elegantissimi Ingenii vocat Gerhard. Feltman. *in nitidiss. Observ. ad Inst.* tantumq; abest ut Jus Publicum negligi debeat, ut contra Jurisprudentiæ vicem deplorare nos velit *Warem. ab Erenberg*, quod maxima doctiorq; JCtorum pars circa nummos colligendos occupata viles Juris privati materias tractet & tradat, neglectis iis quæ ad statum Reip. ejusq; com-

Arum. §. II. I. P. D. 13 concl. 10.

D. I. O. 9.

Medit Fæd. c. 1. n. 48.

commodum pertinent. At ex temeritate quadam & audacia Majestatem Principis in dubium vel ad inficias vocare, eo præsertim modo quo à multis personatis sed sub commentitio nomine non satis tectis superioribus annis, præsertim tempore Electionis Ferdinandi III. & dum maxime bellum inter Cæsarem & Suecos fervebat, factum, & quotidie adhuc fieri videmus, ubi nihil omitti solet ejus quod ad SS. capitum Majestatem ac venerationem debitam imminuendam, aut diffidentiam belli materiem inter summum Caput & Ordines s. Status serendam pertinere possit, damnabile est penitus, rebusq; publicis ferè semper pernitiosissimum extitit. Quare merito ejusmodi Ingeniis optimi quiq; succensent, cordatiores v. fortiter etiam iisdem se opponunt, & posteaquam larvam sub qua latebant, ipsis detraxerunt ante omnia id cavent ne pernitiosa populum libido decus atq; libertatem suam alie-

næ

næ potentiæ gratificandi teneat. Quippe parum curant quibus obsequii necessitas incumbit, sub quo vivant; nec asini ut loquamur cum D. *Pufendorff.* multum interest, quo imponente saccos ferat. Ipsis quoq; Principibus ac Magistratibus licentiosa hæc audacia causam eamq; justissimam præbere potest, ut non tantũ commeritis pœnis ipsos pacis ac quietis publicæ turbatores afficiãt, & certa Juris publici capita in scholis vel alibi tractari publicisve scriptis ventilari Edicto prohibeant, quemadmodum Ludovicum III. Gall Regem hæc ipsa impulit Æra Christi Millesima, Sexcentesima, supra vigesimam sexta [uti *Limn.* ex Mercurio Gallico annotat] *a faire defense a tous ses subjects de quelque condition profession & qualité qu' ils soient, de composer, traicter, ny de l' affirmative ou negativé des propositions concernantes le pouvoir & l' authorité Souvemine de sa Majesté & des autres*

Diss. d. Form. Reip. Rom. §. XII.

Addit. L. I. I. P. c. 2. post. n. 17.

tres Rois Souverains, sans expresse permission de sa Majesté par ses lettres patentes en commandemẽt, a peine d'estre punis comme seditieux & perturbateurs du repos publ. h.e *ut vertit Id. Limn. prohibere subditis nulla conditionis, status vel qualitatis admissa contione, scribere, tractare aut disputare affirmativè vel negative propositiones concernentes potestatem & summam autoritatem Majestatis suæ, ut & aliorum Regum superiorem non recognoscentium, citra licentiam suam codicillis & mandatis suis expressam: pœna seditiosorum ac perturbatorum pacis publicæ transgressoribus adscripta.* Sed & cùm istiusmodi prohibitio ultra territorium prohibentis non extendatur [ubi enim hodie Romani qui Orbi dominentur, ut quod scribi in Italia non permittitur in Germania possit, & quod ibi non licebit, Galli edant) Bibliopolis severissimè interdicant, ne alibi & ap. exteros invulgus

gus sparsas contra Principem seditiosas chartas & quæ subditos ad defectionem sollicitare possint, secum advehant, quamvis vana plerunq; sint in ejusmodi membranas supplicia, uti loquitur *Gramondus*, omnique ista prohibitione nil ferè aliud efficiatur, quàm ut ardor scribendi pariter ac legendi una cum ipso operis pretio augeatur. *L. I. Hist. Gall. p. 11.* Sic cum Imperator olim in Comitiis Augustanis [velut ex Recess. I. d. A. 1530. §. und nachdem adparet] licentiam solitam omnia typis excudendi prohibuisset, magis per dira ejusmodi decreta exacerbati animi vivis coloribus Papam cum toto Clero depinxerunt, quod Wolffius *in centur. rer. memorabil.* fusissimè persequitur. Nimirum notum est ejusmodi scripta avidè conquiri lectitariq; donec cum periculo parantur, mox licentiam habendi oblivionem adferre. Tac. *XIV. A. 50.* cùm ea sit hominibus insita vis ac natura, ut nihil avidius expetant. *§. Fritz. Exer. VII. ad R. I. sect. 8. §. 8.*

quàm quæ sanctissimè vetantur, juxt. vulg. vers.

Nitimur in vetitum semper cupimusq; negata.

Anno h. seculi XXV. cùm in Gallia duo Libri essent editi, quorum alteri *Mysteres Politiques*. Mysteria Politica, alteri *L' Advertissement au Roy tres Chrestien*. GG. R. Theologi ad Ludovicum XIII. Galliæ & Navarræ Regem Christianissimum Admonitio &c. frons Indexq; erat, uterq; vero prout exemplar sententiæ à Prætore Parisiensi d. 30. Octob. ejusd. anni latæ testatur, nil aliud quàm propositiones damnabiles ad seditionem tumultum, ac dissolutionem Status tendentes *v. dogmatum & omnis doctrinæ summam, una cum Cleri Gallicani super istis censura Lutetiæ in publico conventu composita* ap. *Gramondum*, pleraq; etiã in Christianissimum Regem, in Cardinalem Richelium, in Comitem Schombergum & reliquos Regni administros con-

L. XXV. Hist. Gall. p. 654. seqq.

continebat: ad instantiam Procuratoris Regii possessoribus talium Librorum, nulla habita Status vel dignitatis conditione, serio subq; pæna amissionis vitæ injunctum fuit, ut quilibet exemplar illud quo hactenus usus fuisset, intra XXIV. horas â publicatione sententiæ numerandas, ad certum præscriptumq; locum (nimir. au Greffe du Chastelet de Paris) deferret, quo per Carnificem, *cujus opera non tantum privatorum scripta, sed ipsorum Romanorum Pontificum Bullas Vulcano dedicatas aliquoties fuisse constat*, consumtricibus flammis traderetur. Sed & Typographis ac Bibliopolis sub eadem pæna interdictum fuit, ne quisquam eorum imposterum prædictos Libros recudendos susciperet vel venderet. De cætero tàm adversus Autores Librorum, quàm transgressores Inquisitio Procuratori commissa. Signatum *Musnier*. Justus sane rigor in eos, qui sacris profana aucupantur, purissimaq;

N.R.F. L. II. c. 6. Lit. a. lit. ss. Grammond. l. 1. Hist. p. 10. seq.

ac sancta Religione in clientelam turpissimarum cupiditatum demissa, populum in Principem ejusdemq; exitium impellunt. Quod facinꝰ cùm sortilegio contendere posse *Ferriero* videtur *in d. tr: p. m. 46.* ubi ita: *Il est tous jours mal fait d' abuser du nom de Dieu a quelque chose que ce soit: car comme il est formidable & sainct, il ne doit estre employé qu' auec crainte & tremblement. Les Magiciens sont condamnes au feu pour avoir abusé de ce redoutable nom en leurs sortileges. Ceux la* (puta Religione eo quo paulo ante diximus modo abutentes) *ne sont pas dignes de moindre supplice, qui couvrent les trahisons, les corruptions des peuples contre leur Souverain, les menees d' Estat & les prattiques & debauches des subicts d' autruy, du mante aux specieux de la Religion. Ceux la trompent quelque fol curieux, qui se port a ces recherches illicites & ne fait mal qu' a soy mes-*

mes

mes: Ceux cy empoisonnent l' air que les peuples respirent, & traisnent dans un milier de calamitez les simples & les ignorans qui adjoustent foy a leurs artifices. Hæc *Ferrierus.* Sunt Magistri in hac arte, qui cum ap. omnes bonos pessimè audiant, & ab *Osiandro* Erynnes furiæq; Infernales ex Orco in terras emissæ dicantur, à JESU tamen Servatore nostro nomen præ aliis mutuari volunt, vel ut *Magni Cujacii* verbis utar, communem societatem Christianorum omnium ex nomine JESU, propriam suam faciunt. *ad cap. cum non liceat 13. X. d. præscript.* quibus facete quidam occinit:

Bos & Asellus *erant socii nascentis Iesu*,
Latrones *socii cum moreretur, erant.*
Vos Socios JESU qui dicitis, esse Latrones,
Aut Asinos, *opus est, aut sine mente* boves.

Postquam v. apertissimum bellum belluæ istæ Evangelicis Principibus indixerunt, quos nomine illorum quitur. *Quod ad Societatem nostram attinet, velim sciatis omnes, nos qui sumus de Societate JESU per totum Orbem longe lateq; diffusi, sanctum fœdus iniisse, vestras machinationes facile superaturos, neq; unquam desperaturos, quamdiu vel unus quispiam è nobis supererit: jampridem inita ratio est.* Dolus an virtus quis in hoste requirat? præsertim cùm ipsis etiam Romano-Catholicis Principibus sub specioso Religionis nomine sæpissimè illudant. v. quæ differit Ant. Arnoldus Curiæ Paris. Advocatus Academias contra Jesuitas defendens ap. Thuan. *in Hist.* Sed mitto istud hominum genus potentibus infidum æque ac Mathematici ap. Tacitum, *I. H.* 22. cùm quibus etiam vetabitur semper & retinebitur. Illud saltē adjicere lubet, callide istos

in epist Campianus Fecialem agens sic alload Con- *siliar: Regin. Angl. Trebertxcus. A. 1583 p. 22.*

pro-

pro temporis ſ. loci ubi degunt, conditione ac varietate, ſodalium ſ. propria ſcripta diffamatoria vel vituperare l. laudare ſolere. Cum enim Senatus Pariſienſis ſuper Libro *Santarelli* Jeſuitæ de hæreſi Schiſmate & apoſtaſia, in quo horrenda extabant in omnes Reges & Principes adſerta & effata, Jeſuitæ *Cottonis* tum Lutetiæ illorum Rectoris ſententiam requiſiviſſet, reſpondit: *Si Romæ eſſem, probarem, & cogerer ut probarem, jam cum Lutetiæ vivam, non probo, ſed potius rejicio.* Egregii Confeſſores. *Gmond. L. XV. Hiſt. Gall. p. 677.*

XIX. Noſtri a. Clerici & præſertim Paſtores, ſi temere Principum actiones & conſilia quorum ratio & eventus ipſos ſæpe latet, imo latere debet per tradita §. *II. h. Diſc.* ad ambonem ſ. ſacra roſtra tq. ad tribunal aliquod vocare dirisq; execrationibus pro concione devovere non verebuntur, obicem factioſis ipſorum linguis ponere Principi incumbit, neq; actum exiſtimare, ſi pictoris illud, *Ne*

sutor ultra crepidam saltem objiciat. Magna mobilitate sunt animi plebis, quæ melius vatibus s. Sacerdotibus, quàm Ducibus s. Principibus paret. Curt. *IV. 10.* Etenim ut nuper Au-
p. 81. tor *tr. d. sum. Princ. Germ. pot.* disserit, Pastorum apud vulgus ea est autoritas, ut quicquid ii sæpè sine sensu ac judicio, irato sine dubio Numine, garriunt, pro Spiritus S. oraculis agnoscant. In qua autoritate etiam sunt à civili manutenendi potestate, hac tamen cautione ne illi eâdem abutantur, Demagogorum mores induant, plebemq; in caput ipsius Principis concitent. Ejusdem si calculo aut sententiæ standum, nunquam Erffurtenses libertatem [qua ob stoliditatem indignos eosdem fuisse judicat *S. de Monzambano*] perdidissent, in Concionatores rigidam & improvidam plebem in sua pertinacia publicis immaturo Zelo confirmassent concionibns. Quis turbarum auctor in Gallia, Anglia, Belgio, Suecia,

Polo-

Polonia ? certè Sacerdos, præsertim turbulentus Jesuita. Quis auctor diffidentiæ inter Principes Germaniæ, & periculosissimorum ac pernicioſissimorum motuum, totq; effusi humani sangvinis ? nemo alius quàm ministri ambitiosi. Quis deniq; veræ Ecclesiæ & florentissimæ Monarchiæ Romanæ destructor ? Sacerdos. *Norderman. d. jur. princip. at. concl. 30.* ap. Philip. Knipschild. qui *in tr. s. d. jur. Civit. Imper.* de hoc Magistratus Politici officio prolixè agit. Ad curam *ait*, & officium Magistratus Politici quoq; pertinet, providere ne Ecclesiæ Ministri & Concionatores sint tumultuantes, & inde motus oriantur, *ex Ben. Carpzov. Jurispr. Consistor.* Quamvis enim oves præscribere nequeant pastori, ubi & quomodo eas pascat, atq; ita nec concionatoribus præscribendum, quid aut quomodo docere debeant, quod si tamen ultra metas patientiæ & doctrinæ contra *II. Tim. 4. 2.* Concionatores

L. II. c. 3.

L. III. t. 9. d. 102.

ex-

excurrant, si contra Magistratum nimis vehementer insurgant, populum adversus eundem inflamment, politicis negotiis sese nimium implicent, quin Magistratus Politicus sese hoc casu intromittere, & ejusmodi insanas voces quæ neq; ad gloriam Dei, neq; ad ædificationem hominum, sed ad auræ popularis captationem, & quod pessimum est, ad exacerbandos auditorum animos diriguntur, coercere possit, nemo sanus unquam negabit. Sufficere ergo debet ejusmodi imperiosis ac licentiosis Clericis, & qui nisi quod ipsi faciunt, nil rectum putant, quod prævia nulla admonitione interdum, vel etiam sine causa ad aniculæ & vetulæ cujusq; mendacis delationem *prout Idem. Dn.* Knipschild *l. c. loquitur*, in personas privatorum quorum tamen absq; illorum laude fama integra manet, nominatim vel per colores vivos asperis & injuriosis verbis invehantur, eosq; æternis addicant flammis,

mis, ne Deo quidem tam severas sententias rescindendi facultate relicta; ne pari quoq; audacia in Principes qui proscribere possunt, & quorum res fama inprimis v. inf. §. XXII. ac benevolentia subditorum unico illo & inexpugnabili munimento *Sen. I. d. Clem. c. 19.* perstant, lingvæ petulanti fræna laxare velint. Quod jamdudum in *Recess. I. d. A. 1530.* saluberrime legitur prohibitum. §. Wir haben. *vers.* Die Prediger sollen sich mit ihrem Predigen Unserm Abschied gemeß verhalten / und fürnemlich in ihren Predigen meiden und unterlassen / was zu Bewegung des gemeinen Mannes wider die Obrigkeit / oder gegen einander zu verhetzē dienen oder Ursach geben möchte / und Gottes Wort nicht nach eines eigenen Willen / Nutzen und Hoffart / oder zu Verführung der unverständigen gemeinē Leyen predigen / dazu Stumpfirens / Schmähens und Lästerns sich enthalten. ad. *Recess. Imp. Spir. d. A. 1542.* §.

Damit aber unter den Gemeinen. &c. Quod si frenare eam nolint aut non possint, sed magis magisq; limites officii hac in parte excedant, relegandi sunt in aliam terram, ubi Clericalis Ordinis Viri sicut Jesuitæ in Hispania [unde Legati cujusdam proverbium: *Un Espagnol sans un Jesuite est un perdrix sans ornge*. Nec Hispanus sine Jesuita, nec perdix sine malo aureo sapit.] ad munia & consilia publica adhibentur; qua fortuna & successu hic dicendi locus non est. Certe minus ex debito præsertim in legationibus rem illos gessisse haud semel animadversum est. Idq; jam olim *Conrado von Jungingen* Magistro Ordinis Teutonici in Borussia observatum etiam fuit: qui qvum ab Episcopo Joanne Crapidula ad bellum incitaretur, masculam hanc & cedro dignam vocem emisit: Seit der Zeit die Geistlichen zu Fürsten-Höfen haben angehaben und sich in die Räthe der Könige und Fürsten gemenget

gemenget/ so haben sie stets abgenommen / und die Fürsten die ihren Raht gefolget haben/ sind unter ihrem Raht verdorben refer. *Burgoldenſ. in Diſc. p. 1. D. ad Pacif. Oſnabr.* ubi sequens facetia *20. pag Schoockii* reperitur narratio. Amſtelodami fuisse Medicum nomine *m 342. edit: in 4.* *Coesterum*, qui cum assedit una cum Pastore ad lectum ægroti & acerrimè contemplaretur manus illius Theologi, Pastor quæsivit, quid ita in manu sua adspiceret ? Respondit Medicus, se observare ipsius annulum simulq; de eo cogitare, cuinam Theologorum corporis parti integranti omnium aptissime aptari posset annulus ? cumq; Pastor paululum titubaret, honorem præfatus Medicus, dixit : nasum sibi videri membrum aptissimum, cui Theologi annulos infigere debeant. Rationem adjecit illam : Weil sie doch wolten die Nasen in mancherley Händel stecken/ könte man ihre Nasen damit binden / daß sie selbige musten aus weltlichen affai-

affairen außlassen. Forte Medicus, hic quoq; Theologum rationes medendi præscribendo animæq; ac corporis curam sociando falcem suam in illius messem immittere viderat, adeoq; inter illos esse, de quibus Vatis cujusdam incogniti trita querela extat:

Fingunt se Medicos quivis Idiota, Sacerdos,
Judæus, Monachus histrio, rasor, anus.
Miles, Mercator, Cerdo, Nutrix & arator,
Vult quivis medicas semper habere manus.

XX. Sed quo dilabor? monendo etenim adhuc restat Princeps, præsertim secur9 ac negligens quid de se quisq; sentiat: ut cautus circa rumores sermonesq; vulgares expendat, quid veri falsive in iis deprehendatur. Nimirum si haud absq; causa & culpa sua præsertim apud aulæ Proceres malè audiat, non Laudano vel somno sed vigi-

vigilantia maxime opus est, malumq; potius detegere quàm tegere aut protegere ipsum oportet. Exemplo sit Mahometes II. qui teste Aventino Christianis duas Imperiales sedes Constantinopolim & Trapezuntem, XII. Regna, 100. *alii* [inter quos *Camerarius*, 200. numerant] insignes Urbes eripuit. Ad hunc *prout idem refert Camerarius*, capta Constantinopoli adducta fuerat Græca fœmina incredibili formæ admirabilis venustate prædita, nomine *Irene*. Hujus ille captus amore, inter concubinas eam habuit præcipuo loco. Cùm autem in muliere non modo formæ eximiæ bonitas summa, sed morum quoq; elegantia atq; suavitas, & cætera ineessent, quibus amores & conciliari & confirmari augeriq; solent, adeo Mahomethem illa sibi devinxit, ut hic ipsius consuetudini posthaberet omnium rerum negotiorumq; consilia atq; actiones & solis Irenes colloquiis complexibusq; vacaret, neq;

Narrat. Turc: p. 88

neq; esset de Regno sibi relicto vel tuendo vel amplificando sollicitus. Quiescere igitur arma, & opera bellorum omnium cessare, & esse otium in Regno Turcico, dante voluptatibus & vitæ jucundæ operam Mahometha. Hoc Duces copiarum & Principes Aulæ qui Baschæ vocantur, ægre ferre, & metuere ne desidia illa ad detrimentum vel etiam ruinam Turcicæ potentiæ evaderet. Sed cum non ignorarent quanta & quàm immanis esset iracundia Mahomethæ, nemo ausus diu sanè fuit, aliquid verborum contra voluntatem ipsius ea de re facere. Tandem unus cum eo ab annis primis ineuntis ætatis educatus, vitam suam non dubitavit manifesto periculo exponere, & fretus longi temporis usu compellavit Mahometham, & longa oratione demonstravit pernicioſam ipsi & toti Regno rationem vitæ eam esse, quam sequeretur in deliciis & luxuria, domi otiosus desidens. Quod si omnino abesse

abesse ab amoribus suis non posset, liceret ut exercitu educto comitem haberet amicam suam, neq; enim hoc postulari ut non obsequeretur animo suo, & repente cupiditates omnes coerceret. Hæc cum ille verbosè disseruisset, Mahometa audito eo patienter, neq; signum ullum dedit offensi animi, & se quod facto opus esset consideraturum esse dixit. Post dies paucos Principes aulæ universos cum Ductoribus præcipuis copiarum convocari jussit, & ad eos processit adducens Irenem & ornatu pretioso & exquisito cultu spectandam. Quam qui convenerant intuentes ita afficiebantur, ut facilè ignoscerent Imperatoris erga ipsam affectioni. Ibi fertur Mahometha, cúm propter se assistentem manu Irenem apprehendisset, interrogasse præsentes: An perperam facere se arbitrarentur, qui talem fæminam singulari amore complecteretur? Cùm nemo hoc facto ipsum peccare,

ac

ac contra omnes dicerent, fructum amoris istius percipientem illum nequaquam delinquere. At mihi, inquit Mahometa, ut Regni negotia & nostrûm omnium dignitatem & meam quoq; existimationem curæ inprimis esse perspiciatis, & studium amplificandi nomen Othomannicum in me nequaquam refrixisse, id quod mihi charisimum est in hoc orbe terrarum una cum animi mei inclinatione atq; sententia quoniam obstare & impedimentum illorum quoq; inferre fortunæ publicæ privatæq; prosperitati videtur, mea sponte alienaturus, & his quasi vinculis conatus virtutis nostræ sum liberaturus, & his dictis novaculâ quam secum attulerat, subito collum Irenes incidit, ut statim ante pedes ipsius cum omnium præsentium stupore, qui qs. attoniti adstabant, mortua illa conciderent. *Hactenus Camerarius.* Vix profecto aliud quicquam molestius esse poterit

rit tali Principe, cujus animus in vitiis non duntaxat peregrinatur, sed penitus habitat, ut cum illo Hispaniæ Regæ nullis admonitionibus, quas etiam Naucleri in maximis tempestatibus à vectoribus haud ægrè accipere solent, locum relinquere velit. Hunc referunt cùm alii tum etiam D. *Forstnerus* tam furiosè puellam quandam deperiisse, ut non modo in illius gratiam plurima Rege indigna faceret, sed & sua manu quasdam Regii sanguinis illius causa occideret; deniq; eidem ab omnibus Regni Ordinibus fidelitatem & obsequium jurari vellet. Abominati Proceres rei indignitatem, duodecim ex primaria Nobilitate viros ad Regem ablegarunt, jussos reverenter deformem amorem, causasq; propter quas pellici Regiæ obsequium jurare nequeant, exponere. Quod cùm illi fecissent, Rex barba sua tecta, per hanc juro, dixit, male vos locutos. Nec alio dato responso eos dimisit. *Not. in Tac. IV. A. 43.*

Pau-

Paucis interjectis diebus, cum Hiſpalim veniſſet. XII. illos Oratores noctu in ædibus ſuis interfici juſſit. Quamvis non Tyrannorum ſaltem ſed & reliquorum Principum aures ita plerumq; formatæ ſoleant eſſe, ut aſpera quæ utilia, nec quicquam niſi jucundum & lætum accipiant. Tac *III. H. 56.* difficulterq; ut Magni Peccatores ita & Magni Domini *in contrarium moveantur:* quos idcirco pulmonibus malè affectis con-
Symb. XIII. fert *Saavedra* & cum Demetrio Phalereo ap. Stobæum à mortuis ac mutis Conſiliariis [Libris puta] quibus nec vita nec facundia ſua deeſt, moneri ſatius cenſet Meynier. *q. 133.* ibi: Ceſte procedure eſt la plus aſſeuré qui ſe puiſſe trouver pour induire un grand Prince a ſe recognoiſtre & à ſe ranger aux vrayes & utiles regles del' honneur de ſa dignité. & toute autre voye eſt perilleuſe ainſi qu' un nombre presque infiny d' exemples tant anciens que modernes le confirment.

XXI. Proinde ex monito *Agapeti, aphor.* 18. Princeps sibi ipsi Sceptro Rationis imperet, ut ne mancipium adfectuum dominationi serviat, ac tandem iteratæ pravitatis consuetudine, præsertim in tanta potestatis suæ amplitudine, ad ea abripiatur, quæ sibi dedecus & exacerbatis civium odiis exitium afferre queunt. Obsequio subditorum Princeps ne tantum credat, *Sebast. d. Menes.* ut sui muneris obliviscí sibi licitum esse existimet: pauciſſimi quippe *summ. pol. c. V. p. m. 116. seq* subditorum, ad tam eximii obsequii gradum deveniunt, ut oblivioſum Reip. obsequioſa constantia prosequantur. Imo si Princeps Tyrannus fuerit, tyrannorum exempla timeat: si injustus, justitiæ supplicium: si sui & regni immemor, sui ipsius casum & ruinam. Imo frequens est & communis opinio, Principem tyrannum, injustum aut regni immemorem nisi Imperii privatione, aliter non curari. Quinpotius proprio virtutis exemplo viam sibi felicitatis aperiat

aperiat, ſubjectosq; ad virtutem formet: cum ea Principum ſit conditio, ut quicquid agant, præcipere videantur ſec. illud Claudiani *d. IV. Honor. conſulat.*

- - componitur Orbis
Reges ad exemplum, nec ſic inflectere ſenſus
Humanos edicta valent ut vita regentis.
Mobile mutatur ſemper cum Principe vulgus.

Vita Regis cynoſura eſt eaq; perpetua, ad hanc dirigimur ad hanc convertimur, nec tam Imperio nobis opus eſt quàm exemplo *ait Plinius.* Idem qui ut in corporibus ſic in Imperio graviſſimum morbum illum arbitratur, qui à capite diffunditur in cætera membra. Æqua Imperia non populum modo ſed ipſum etiam Principem tuentur: iniqua verò non tam ſubditis nocent quàm ipſis Imperantibus. Sed ne tunc quidem

quidem Arcadiones ceſſabunt, utpote quibus nec ſudus nec udus Jupiter unquam placet quos vero inſtar bovis Neurici cornua in humeris habentis (de quo *Ælianus*) recta fronte neminem invadentes, ſed oblique dicteriis obſcuris aromatibus fragrantiorem ejus exiſtimationem ferientes *optima fama, ac conſcientia rectè factorum*, ſatis ulciſcetur. His ſiquidem ceu gemino propugnaculo & muro velut aheneo munitq; non aliter ac Leo cernuis dormiens oculis, dum cæteræ belluæ ad ſomnum capeſſendum latebras inquirunt, confidentiſſimè inter calumniatores verſatur.

Tranquillus uſq; rupis immotæ modo,
Quam parte ab omni fervidis aſſultibus
Undæ flagellant, horridusq; Jupiter
Illa impotentes & ſali & cæli minas
Inulta temnit, atq; mole ſtat ſua.

Longanimis patientia illius (scribit nonnemo) qs. athleta cæditur & vincit, instarq; auri persecutorum insaniam in propriam coronam recudit. Hinc de innocentia sua cum Titio ita gloriatur: *Nemo injuria me afficere aut insequi contumelia* Dio. 66. *potest propterea quod nihil ago, quod reprehensionem mereatur; ea vero quæ falso de me dicuntur, prorsus negligo.* & tanquam Ajacis clypeum Ennii, verba intrepide opponit.

Dum clavum rectum teneam navimq; gubernem
Dicat quisq; de me quid voluerit.

Plaut. in Trin. Cum enim Megaronides Callicli objecisset

Male dictitatur tibi vulgo in sermonibus

Callicles prudenter regessit;

Est atq; non est mihi in manu, Megaronides;
Quin dicant, non est, merito ut ne dicant, id est.

Idem

Idem quoq; Princeps Bonus adversariis suis reponit. Locuti sunt homines de omnibus & loquentur semper, nec quid loquantur interest ejus, qui ne meritò malè de se loquantur, cavet. *Io. ab Affel. in Vir. Pol. p. m. 55.*

XXII. At ò miserum illum Principem, qui *Conscientiam* ac *Famam* non parastatas ac defensores sed Judices testesq; adversus seipsum habet. De suis enim factis Principes respondere tenentur coram duobus Tribunalibus, quorum alterum in ipsis *Conscientia*, alterum extra ipsos *Fama* exercet. Certe Judicium famæ boni Principes nunquam neglexerunt memores illius ap. Tacitum: *Ceteris mortalibus in eo stare consilia quid sibi conducere putent; Principum diversam esse sortem, quibus præcipua rerum ad famam dirigenda.* Fundamentum autem famæ ac perpetuæ commendationis est probitas, fides, justitia, sine quibus nihil potest esse laudabile. Prudentia *IV. A. 40.*

Principi non tantum necessaria, sed ut Principi conveniens, quæ sol & sal est Imperiorum, sine his imo sine sapientia Divina [cujus satius est guttam quàm doliū humanæ sapientiæ possidere Syr. IX. 21.] est vana, mendax & vafra quædam calliditas & versutia. Columna ut *Saavedra* loquitur, seipsam sustentat suo librata pondere: si in alteram inclinat partem mox corruit idq; celerius, quanto majori fuit pondere. Haud aliter suamet autoritate & existimatione firma subsistunt & conservantur imperia. Mox ubi eam perdere regnantes cæperint, ipsa labi incipiunt. Una sola actio omnem interdum existimationem humi sternit, & ne multæ quidem denuo eam possunt erigere. Nulla enim ferè macula ita planè eluitur, quin vestigium aliquod maneat. Neq; ulla in hominum mentibus opinio est, quæ integrè & stirpitus evelli queat. Sangvis Regis & Statuum amplitudo ad tuendam

Symb. XXXI

endam existimationem nequaquam sufficiunt, si desit virtus & magnitudo animi propria. Adeo ut sint, qui doceant, etiam cum ruina Statuum ob oculos versetur, præstare eorum permittere interitum, quàm existimationis jacturam pati. Id quia expendere omittebat Otho, passim protendens manus adorare vulgum videbatur, jacere oscula, & omnia serviliter pro dominatione agere: hoc ipso nimirum quo ambiebat Imperium, palàm omnibus faciens, quàm eo esset indignus. Tac. *I. H. 36.* Pestifera res contemptus Regnis: quorum anima auctoritas & eximia opinio de Imperante. Contemptus a. est impressa subditis & exteris vilis abjectaq; opinio de Principe ejusq; Statu per quem jacet solii Majestas: nam ab odio paucæ, à vilipendio omnes eversiones. Et celeberrimus Scriptor *Scipio Amiratus* unicam nominis & existimationis Principis plus quàm centenas auri libras & per con-

B. Pr. ob d. Reb. Gall. L. XII. §. V.

L. V. Dist. 8.

sequens plus quam arma valere asserit, Nec est quod latere posse scelera, sua regnantes sibi persuadeant. Quotquot custodes sunt s. domi s. foris extra Palatiũ, quotquot Principi intra secretiora assistunt conclavia, totidem exploratores sunt eorum quæ facit aut dicit: Imo & quæ animo cogitat, attenti ad omnes illius gestus, ad oris vultusq; conformationem & morum quibus cor sese prodit, ita semper oculos suos in ejus manibus defixos habent. Quod si vitium aliquod in ipso notent, tametsi dissimulare illud se fingant, prodere tamen gestiunt, ut aut prudentiores & intimi aut zelosi etiam habeantur. Unus alium intuetur, & palam eloqui non ausi nihil loquendo loqvuntur maximè. Ebullit atq; æstuat secretum intra præcordia præferuenti manifestandi desiderio donec tandem supereffluat. Alia est conditio eorum inquit *Seneca*, qui in turba, quam non excedunt, latent;

Saavedra Symb. XIII. p. m. 103.

I. d. Clem.

quo-

quorum & virtutes ut appareant diu luctantur, & vitia tenebras habent: vestra facta dictaq; rumor excipit, & ideo nullis magis cavendum est, qualem famam habeant, quàm qui qualemcunq; meruerint, magnam habituri sunt. *Et paulo post eundem Neronem compellans:* Tibi non magis quam soli latere contingit. Multa contra te lux est, omnium in istam conversi oculi sunt, prodire te putes, oriris. Loqui non potes, nisi ut vocem tuam quæ ubiq; sunt gentes excipant. *Conscientia* v. qua nullum virtuti Theatrum majus. Cic. *II. Tusc. Q.* in qua major etiam honestatis fructus quàm in fama reponitur. *Plin. Jun. L. I. Epist.* (quamvis multi famam conscientiã pauci vereantur teste eod. *L. III.*) quàm grave ex adverso onus est sceleratis, etiam Principibus. *La conscience sert de mille tesmoins de Iuge sans appel, & de bourreaux.* i.e. Conscientia mille testes, hæc judicem, inexorabilem & à quo pro *Franc. d'Amboys. Symb. Heroic p. m. 178.*

vocare minime licet, hæc eadem carnificem præstat Et Tullius *pro Sext. Rosc. Amer.* Nolite *inquit*, putare, quemadmodũ in fabulis sæpenumero videtis, eos qui aliquid impie, scelerateq; commiserunt, agitari & perterreri furiarũ tædis ardentibus. Sua quemq; fraus & suus terror maximè vexat : suum quemq; scelus agitat, amentiaq; afficit : suæ malæ cogitationes conscientiæq; animi terrent. Hæ sunt impiis assiduæ domesticæq; furiæ, quæ dies noctesq; pænas à conscelleratissimis hominibus repetunt. Neq; frustra præstantissimus sapientia [Socrates] firmare solitus est, si recludantur Tyrannorum mentes, posse adspici laniatus & ictus ; quando ut corpora verberibus, ita sævitia, libidine, malis consultis animus dilaceretur. Huc faciunt Claudiani versus

Tac. VI. A. 6.

- - prima est hæc ultio quod se
Judice nemo nocens absolvitur,
improba quamvis
Gratia

Gratia fallacis Prætoris vicerit urnam.

Quibus alios, videl. CL. Baudii addo L. II. Gnom. Iamb. 57.

Qui cordis intra septa concipit nefas
Etsi solutus ambulat legum metu,
Liberq; vinclis, haud tamen pœna caret,
Dirus sed illum rodit intus Carnifex
Tacente morsu, perpetimq; turbidis
Mentem flagellant excitam pavoribus
Operta fraudum: lex tremendi Carminis,
Et ultor ensis imminet cervicibus
Turbæ nocentum, qvum patescunt crimina,
Nullusq; fraudi gratiæq; jam super
Adest receptus. At latebras pectoris,
Et involucra mentis humanæ Deus
Rimatur unus. Nemo mentitur sibi,
Nemo Deum celare vindicem potest.
Utcunq; furto fallat intestabilis,

Aurive inundet imbre judicum manus,
Aut gratia grassetur, interno tamen
Sub teste pœnas pendit, & domesticam
Dies noctesq; gestat in sinu crucem,
Patiturq; manes inquinata mens suos.

At ô miserum [hic iterum exclamo] Principem ! cui sic à conscientia compedes injiciuntur, quem hæc reum agit, & excruciat. *Tiberius* atq; *Nero* uterq; suis exemplis hoc ipsum satis comprobarunt; quorum illum non fortuna non solitudines protegebant, quin tormenta pectoris suasq; ipse pœnas fateretur, etiam coram Senatu quem literis suis ita alloqvutus est : *Quid scribam vobis P.C. aut quomodo scribam, aut quid omnino non scribam hoc tempore. Dii me Deæq; pejus perdant, quam perire quotidie sentio, si scio.* Adeo facinora atq; flagitia ipsi quoq; in supplicium verterant. Iste v. cunctos

per

per artus tremens facinorum recordatione, nunquam timore vacuus erat. Docuerunt id quoq; olim porticuum parietes, phengite lapide distincti, in quibus spatiari consueverat *Domitianus*, ut ex splendore lapidis per imagines quicquid à tergo fieret, provideret. Quibus addi potest Caroli IX. Gall. Regis tristissimum exemplum, quod saltem indigito, quodq; ex *Aubignio* qui olim ex Henrici IV. Regis ore istam narrationem acceperat, repetit Dn. Forstnerus *ad d. c. 10. Ceterum conf. Jan. Gruterus qui scripsit ad illum Taciti locum XV. A. 36. 3. facinorum recordatione &c. nobile caput, cui fecit h. Inscriptionem*: Conscientia eis pro pœna, qui supra pœnam. Sed ô miseriorem illum qui testem hunce contemnit. Excitare tunc solet superior omni potestate DEUS alium quem metuat. Quod si nec sic quidem emendari potest, & ad jus fasq; ab immani licentia compelli, con-

Tac. VI. A. 6. XIV. A. 10. XV. 36.

Suet. in Domit. c. XIV.

tempto alicui homuncioni, non hosti scelerum dat pœnas. Nec si quis Dionysius direptorum sacrorum præmium mollem & secundam navigationem tulerit, idcirco ab ipso domoq; ejus & posteris vindicta prorsus recedit, plumbeo pede Divina Nemesis ad vindictam progressa lentam puniendi moram gravitate supplicii compensat: sic ut dilata piorum præmia Deus & in hac vita cumulatius reddit & postea æterno pondere gloriæ ut Apostolus *II. Cor. 4.* L. IV. inquit, compensat. Quod amœ-
Argen. nissimi Ingenii Scriptor *Jo. Barclaius* c. 11. hisce versibus delineavit

O fontes animæ, quarum vesana
lacessunt
Facta diu superos; lentum ne spernite Numen,
Ne miseræ, tardoq; graves examine pœnas.
Sera licet sint tela Iovi, nec protinus omne

Ad

Ad scelus armato turbet sua sydera nimbo:
At vigili stat mente memor; pœnasq; merentum
Annumerat Nemesi justa Themis ardua cura.

Plerumq; enim qui ex scelerata natus est stirpe, quemadmodum in hæreditatis ære alieno, ita & in pravitatis supplicio succedit. Plutarch. *d. ser. Num. vind.*

XXIII. Præter superiora a. duo Tribunalia vel potius supra illa aliud adhuc datur, non quidem *Rhadamanti* aut Minois, quorum singularis justitia Judices eos veterum opinione etiam ap. Inferos fecit, & quæ sunt alia Poëtarum Pictorumq; portenta: sed *severum ac tremendum summi atq; æterni Numinis Tribunal*, ad quod Reges & Principes evocati in manifesta luce eorum quæ limites justæ potestatis egressi vel sub noctis peplo egerunt, rationem reddere jubebuntur. Ibi Dominus occulta

culta omnia colluſtrabit, & verum tunc erit, quod Tyndarus Philocratis ſervus captivus ap. Plautum in *Capt. A. III. ſc. 3. dicit*

Nec mendaciis ſubdolis mihi usquam mantellum eſt meis
Nec ſycophantiis, nec fucis ullum mantellum obviam eſt
Neq; deprecatio perfidiis meis, nec malefactis fuga eſt,
Nec confidentiæ unquam hoſpitiũ eſt, nec diverticulum dolis.
Operta quæ fuere, aperta ſunt: patent præſtigiæ,
Omnis res palam eſt.

Vocatus olim ad hoc Tribunal Ferdinandus IV. Hiſpan. Rex neutiquam illud ſubterfugere aut declinare, imo ne ulla quidem ratione efficere potuit, ut dies diffinderetur. Hic *Carvajalios* fratres duos & in Benavidii primarii inter Nobiles Viri occulta cæde ſuſpectos, ſed ſuſpectos, neq; teſtibus aut aliis probationibus convictos capitis damnaverat. Qui DEUM

& in-

& innocentiam suam testati, Regi cujus aures defensioni planè obstructæ erant, coram summo Judice diem dicunt, ab ipso qui illis emortualis s. ultimus esset, trigesimum. Tenuit ergo quidem sententia, sed nec vadatio aut citatio irrita fuit. Cum enim Rex animi securus Alcaudetem in castra abiisset contra Mauros, ibi morbo tentatus sed levi Gennium se contulit : atq; ecce 7. idus Septemb. ipso trigesimo à supplicio die, in lecto exanimatus repertus est in summo ætatis flore. Similis historia legitur de Templario quodam Neapolitano, quod Burdegalæ ad ignem condemnatus Pontificem Clementem V. & Regem Galliæ Philippum Pulcrum, quos in fenestra conspexerat, ita alloqvutus sit : *Sævissime Clemens Tyranne, postquam mihi inter mortales nullus jam super est, ad quem appellem, pro gravi morte qua me per injuriam afficis, ad justum Judicem CHRISTUM appello-*

ante

ante cujus Tribunal te voco una cum Philippo Rege tanti mali suasore, ut ante eum intra annum & diem compareatis ambo, ubi causam meam exponam, & jus sine pravo affectu administrabitur. Derisus est affatim ille miles, at referente *Campofulgosio* uterq; intra id tempus exspiravit. *L. I. c. 6.*

XXIV. Hæc tria Tribunalia si Principes uti decet, revereantur, cogitentq; se beneficiarios DEI, nullamq; Remp. esse, cujus non supremus Magistratus Deus immortalis sit, tametsi rerum potentes solicitè cavebunt, ne Regiam istam notam de qua D. Boëclerus *Diss. Acad. IV.* p. 197. *d. Auspic. Reg.* adulterent; Quod tunc quidem efficitur, quando à virtutum studio in quo imitatio DEI proprius Regum character quæritur, degenerant & anomia tyrannica ut ille in Tragœdia inquit,

Sanctitas, pietas, fides
Privata bona sunt: qua juvat,
Reges eant.

item,

item,

Ubicunq; tantum honesta dominanti licent,

Precario regnatur.

ipsis placet. Ex adverso studebunt non magis purpura quam morum sanctitate ac virtutum splendore cum Alphonso Aragonum Rege suos antecellere (ne similes videantur Colossicis illis statuis, quæ divaricatis tibiis & distenti ac hiantes foris quidem admiranda forma superbiunt, intus vero lapidibus, luto, plumbo aliave materia ignobili repletæ inveniuntur) & ad justitiæ oracula sphæram Reip. non ad libidinem convertere, tanto id magis quanto difficilius est, posse omnia quæ velis, nolle tamen nisi quæ honesta sunt. Insitum nimirum humanis Ingeniis imperio insolenter uti, nec facile modum servare in ea re quæ supra modum. Quædam vini ebrietas, quædam etiam fortunæ est ait *Lanfius.* *Lipf. II. d. Constant. c. 25.*

Quem-

Ont. contr. Hissa. p. m. 458. ad Baud. L. II gnom. jamb. 7. Lentul Polit. part. poster. p. 235.

Quemadmodum ergo in potu conviviali, à sobrietate ad hilaritatem tardior, sed ab hac ad ebrietatem præceps est lapsus: ita privatæ à vitæ moderatione, & qs. animi sobrietate ad regiam potestatem tardus est incessus: hæc a. & tyrannica potentia admodum vicinis foribus habitant. Hinc fit, ut inter extremum absolutæ Regum potestatis & incunabula tyrannidis vix perceptibile discrimen detur. Et quemadmodum Convivas convivator aut qui ei à poculis & à manu est, capacioribus scyphis ebrietatem urget: ita currenti ad dominationem Reip. moderatori non desunt dominationis magistri. Quam multi potiti sunt rerum, satis illi quidem inter initia casti & innocentes, sed qui mox nimia licentia & corruptelis aulæ in omne vitium præcipites abierunt: se mortales obliti Spiritus humanis altiores sumpserunt: locari cælo & Deorum contubernio inferi voluerunt, cúm essent indigni, qui,

Busbeq; ep. IV. Turc. Legat. p. m. 375.

qui in hominum numero censerentur. Non omnium cervices ferunt magnæ fortunæ pondus; succumbunt pleriq; & seipsos in tam alto gradu positi requirunt. Hinc illud Lucani

- - virtus & summa potestas
Non coeunt

& alterum ex oraculo scriptum.

Ut nemo doceat fraudis & scelerum vias
Regnum docebit. *Sen. in Thyest.*

Jamq; olim Diocletianus interrogatus de ratione depositi Imperii, respondit: Nihil difficilius esse quàm bene imperare bono etiam cautoq; Imperatori. Gnarum id quoq; Mæcenati olim fuit, cujus consilium Augusto suppeditatum ap. *Dionem* tale est: *In summa consilium tibi do, ne quando abutaris potentia tua, neq; eam putes esse deminutionem ejus, si non omnia simul facias, quæ possis, sed quanto magis omnia, quæ statueris, potes perficere, tanto magis cura, ut* *Lib. LIII.*

ut optima quæq; tibi proponat. Væ autem illis qui pascunt semetipsos, oves autem dispergunt neq; pascunt. Ezech. *XXXIV.* 2. Væ item consiliariis qui id potissimum in consiliis spectant, ut popularibus gravia tributa imponantur, nova vectigalia imperentur, privilegia autem [quæ lapidem scandali & seminarium zizaniorum *Boccalinus* vocat] & antiquæ prærogativæ non sentientibus atq; incautis eripiantur. Qui novas cottidie abrandæ ab illis pecuniæ rationes excogitant, ipsis furibus & latronibus nocentiores. NIHIL enim acuto Ingenio sine fide, sine Reip: studio, sine Patriæ charitate est pernicioſius. Quos quàm regnantibus ferè gratos tam invisos populo misere occumbere præter *Bodinum* notat *Autor Observat. Polit. sup. nuper. Gall. motib. obs.* 2. ubi de Consiliario quodam Gallico Regem diversa exactionum genera docente refert, eum conscientia tandem stimulatum cloa-

VI. d. Rep. cap. 2. n. 657.

ca-

ca se sepeliri voluisse. De his enim dictum *Lib. II. Maccab. 7. v. 31. Tu qui inventor omnis malitiæ factus es in Hebræos, non effugies manum Dei.* Talesq; sub Imperio Henrici Aucupis à lusu torneamentorum arcebantur. Nec præmio sed laqueo ac virgis imò gladio dignos eosdem censuit *Rimi-naldus* Ducis Ferrar quondam Consiliarius, & cum eo T. K. Consiliarius h. t. Electoralis Brandenb. cujus in *Teichmannum* quendam, novarum impositionum ex chartis sigillatis (gestempelt Papier) inventorem, Epigramma apponere haud ingratum erit. Ita verò habet

Dieteric. in Henr. Aucup n. XII. p. 34.

Seu tibi sit nomen Teichman, *seu vocula* Diebman,
Infausto infelix omine nomen habes.
Vox prior æquoreis mergendum denotat undis,
Altera vult furi frangere fune gulam.

Ante

Ante igitur nova quam prædandi
nomina promas,
Libertas Patriæ aut te duce
fracta cadat;
Teichmannum *potius rapido voret*
æquore vortex,
Aut Diebman *corvis præda ci-*
busq; fiet.

Simile quoq; fatum manere Principes, si pravis istiusmodi suggestionibus prima quidem specie lætis, at eventu tristibus assensum auresq; impertire non dubitaverint, sacræ paginæ confirmant. *Audite* S. clamat Scriptura, *Reges, & intelligite, quoniam data est à Domino potestas vobis, & virtus ab Altissimo, qui interrogabit opera vestra & cogitationes perscrutabitur. Quoniam non rectè judicastis, nec custodistis legem Justitiæ, neq; secundum voluntatem DEI ambulastis, horrendè & citò apparebit Dominus: quoniam judicium durissimum his qui præsunt, fiet. Exiguo enim conceditur misericordia:*

dia: potentes a. potenter tormenta patientur. Sap. *c. VI.* Et Vatum Maximus Esaias, *Præparata est* inquit, *ab heri* i.e. jam olim, *Tophet pro REGE, præparata profunda & dilatata habitatio ejus ignis & ligna multa, flatus Domini sicut torrens sulphuris succendens eam. c. XXX. 33.*

XXV. Merito igitur *Senecam* pie & graviter monentem audientes *in Thyest. A. III.*

Vos quibus Rector maris atq; terræ
Jus dedit magnum necis atq; vitæ,
Ponite inflatos tumidosq; vultus,
Quicquid à vobis minor extimescit,
Major hoc vobis DOMINUS minatur.
Omne sub Regno graviore Regnum est.

Hæreat menti illud Agathonis præceptum: *Eum qui cæteris imperat, scire oportere, se hominibus cùm homo & ipse sit imperare, & secundum leges imperare, denique non perpetuo imperare.* Interim tamen quos hodieq;

hodieq; vel ſub *Nerone*, de quo inter alia quidam ſic cecinit:

Aurea mutaſti Saturni tempora Cæſar,
Incolumi nam te ferrea ſemper erunt.

vel etiam ſub quodam *Caligula*, quem Suetonius *omni poſthabita ratione nihil tam efficere cupiviſſe* ait, *quàm quod effici poſſe negabatur:* quod ita Poëta exprimit

Quod non poteſt vult poſſe qui nimium poteſt.

durior & aſpera ſors ſervitusq; premit, quomodo ſterilitatem aut nimios imbres & cætera naturæ mala, ita nec minus luxum, avaritiam, omnesq; injurias à Magiſtratu ſuo potius ferre atq; tolerare oportet atrociſſimas, quàm ut in eum invehantur ſermone, ſcripto, opere, ad ordinis & pacis publicæ perturbationem. Ferre oportet, quos aufferre non licet, Principesq; bonos voto expetere, qualescunq; tolerare. Tac. *IV. H. 8.*

Ceda-

Cedamus leve fit, quod bene fertur, onus.

Leonem in Civitate non alendum, si alitus fit, ferendum esse dixit quondam Aristophanes. Vitia erunt donec homines, sed neq; hæc continua & meliorum interventu pensantur. Moneant illos utriusq; fortunæ documenta, ne contumaciam cum pernicie, quàm obsequiũ cum securitate malint. Tac. *IV. H. 74.* Sæpè qui levem injuriam ferre noluerunt, gravissimis malis obruti sunt, indignatiq; aliquid ex plenissima libertate deminui, servile in se attraxerunt jugum. Imò sæpies contingit, ut quemadmodum qui ære alieno mersi latent, nomina non ante sentiãt, quàm obruantur, ita pauci libertatem publicam tolli videant. Hanc si animosè vindicare velis, scias minoris id non constare, quàm tuæ periculo. Ei verò cui semper dederis, ubi negas, rapere imperas. Apud te igitur *Sen. II d. Ir. c. 14.*

& interiorem animum liber esto recti judicii & sensus: in sermone interdum tempera, nec offende qui possunt offendere. Sapientia vera firma est non tamen elata: non timet pericula sed nec provocat aut lacessit. Ascanii illius ap. Poetam juvenilis nimis ardor est, qui

Lipsius cent. II. ep. 65. ad Fr. Raphelēg.

Optat aprum aut fulvum descendere monte Leonem,

Non ita nos qui abunde fortes sumus si excipimus non etiam incurrimus discrimen. Ita adfecti sumus ut non adulemur imperantibus sed nec irritemus, & cum Corneliano illo Lepido *inter abruptam contumaciam & deforme obsequium pergamus iter ambitione ac periculis vacuum*. Sed revera peccamus multi in hanc partem, provocamus pericula & lacessimus sæpè imperantes vanâ quadam specie aut superbæ libertatis

Id cēt. I. ep. 4. ad Gerart. Falckenb.

tatis, aut incauta pietatis. Modestia autem est quæ DEO placita & his qui Dii in terris. Reges ut fulmina esse didicimus, dura frangere mollibus plerumq; illæsis. Quare autem de præsentibus malis nimium queramur, cum deteriora exoriri posse sciamus. Rusticulus ille in mente nobis sit: qui diu de Antigono Rege vivo questus cùm obisset successore pejore terram laborioſe invertens & votorum jam pænitens: *Antigonum* inquit, *refodio*. Aut cur de aliorum tyrannide queramur, quando ipsi semina tyrannidis inclusa in pectore gestamus: nec voluntas plerisq; ea efferendi deest, sed facultas. De cætero cum JCto illo pio Ortuq; pariter ac doctrina Nobili statuamus, quemadmodum servitus Judæorum erat signum adventus Messiæ in carnem humanam, ut ex Daniele constat; ita tristem

Conf. Phædr. Lib. I. fabul. 2. ibiq. Freins. hem. in not. vers. 31

Lipſ. II. d. Constant. c. 25.

servitutem nostræ ætatis signum esse Adventus filii DEI, quando ut Judex vivorum & mortuorum in novissimo judicio apparebit. Quod ut cito fiat ad Te Domine JESU, levatis capitibus suspiramus. VENI DOMINE JESU VENI! Apocal. *ult.*

Tibi Laus, Honos, & Gloria perennis.

Ex CL. D. Baudi Lib. II. Gnom. Iamb. 22.

Quamvis Tyrannus, dira gentibus lues,
Perire dignus mille mortibus fiet:
Quamvis vetusta secla rem factu bonam,
Exemplo honestam, gloria augustam, putent
Orbare vita lucis indignum caput,
Cervicibusq; publicis avertere
Piaculare generis humani malum:
Tamen, suprema cujus est autoritas,
Reclamat istis sancta dictio Dei,
Deoq; charus ante Reges cæteros
Jessæus heros sanxit exemplo gravi
Regum salutem, jusq; per gentes sacrum.
Ut dura belli, pestis & famis mala
Cælo imputantur, sic & acceptum decet
Referre satis, atq; læso Numini,
Quod impotente sub manu Busiridum
Ob nostra jure vapulamus crimina.
Non auferendus igitur at ferendus est,
Quemcunq; sceptri honore dignatur DEUS.

Ille imperare natus ut pastor gregi,
Dictare leges frena moliri manu,
Populo superfit obsequelæ gloria.
Cum matricida, bustuarius latro,
Citharœdus, & cinædus indignis modis
Vexaret Orbem, lex Apostoli jubet
Orare Numen pro salute Principis.
Ergo hoc habeto dictione certius
Apollinari, quod vetus vates canit:
Regis timendi proprium jus, in suos,
Reges in ipsos unius jus est DEI.

ER-

ERRATA.

Pag.8.lin.9. lege Ille *p.9.12.* plus *13.20.* Tertulliani *16. 22. pro* id. *l.* ad *18.12. reçoiuent 38.7.* incautum *43.9.* claret *50.6.* importuni *528.pr.& l.* el *68.7.* n' a *ibid.8.9.* soüiller *ib.19. pro* l',i' *ib.l.pen.* il y a *69.7.* despouillez *ib.8. pr.* le, la *70.10.* produiſent *ib. 13.* s' *76.8.pro* l',l' *82. 20.* pecuniarum *83. 5.* Ille *89.3.* Naturæ *91. 5.* Generoſa *94.18.* Conringius *97.23.* negativè *98. lin. 6.7.* conditione *ib. l.ult.* in vulgus *102.10.* ſainct *ibid.12.* condamnés *ibid.22.* manteaux, *104. 13.* dolus *106. 20. pro* in, ni *ibid. l.pen.* concionibus *109. 14.* fürnemblich *116.23.* concideret *117. 23.* tacta *120. 7.* Regis *125.23.* unciam *ibid. 22.* præ ferventi *127. 13.14.* excipiant *131. 23. pro* nec, ne *134. 11. pro* unquam, *l.* usquam *135. 4. pro* ipſo *l.* illo *pro* illis, ipſis

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn727099752/phys_0511
DFG

Cedamus leve fi

t

Leonem in Civitat
si alitus sit, fere
quondam Aristoph
donec homines, sed
nua & meliorum
santur. Moneant ill
tunæ documenta, n
cum pernicie, quàr
securitate malint.
Sæpè qui levem inj
luerunt, gravissim
sunt, indignatiq; ali
sima libertate demi
attraxerunt jugum
contingit, ut quem
ære alieno mersi lat
non ante sentiãt, qu
ita pauci libertatem
videant. Hanc si
care velis, scias m
constare, quàm tu
verò cui semper ded
rapere imperas.

Sen. II
d. Ir. c.
14.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn727099752/phys_0513
DFG